plum. ff. vi bo. rapto. l. i. et 2a. et hoc si aga
tur contra eum ciuiliter. i. ad penam pecuni
ariam. si autem criminaliter. i. ad penam corporis:
tunc distinguitur inter vim priuatam. i. sine ar
mis. et vim publicam. i. cum armis. propter pri
mam reus deponitur ab ordinatione rerum sua
rum. quia perdit factionem testamenti et ter-
tiam partem bonorum suorum. propter secundam
mittitur in exilium. insti. de publi. iudicijs.
§. item lex iulia. vnde versus. Vis priuata re
rum deponit ab ordine rerum. Sed deportatur
si vis armata probatur. Secundum vero cano
nes excommunicatur ab episcopo: in cuius diocesi ra
pinam commisit. extra. e. c. i. et 2°. contrahitur enim
forum ratione delicti. extra de fo. compe. licet.
nec absoluitur nisi prius emendet. extra. e. de ra
ptoribus. c. i. Si autem nolit cum possit satis
facere vel satisfaciendi plenam securitatem
dare: denegetur ei beneficium penitentie. Si vero
vsque ad obitum in obstinatione fuerit. et tunc emen
dationem vel emendandi securitatem prestite
rit: penitentiam et viaticum et ecclesiasticam sepul
turam habebit. Si vero in morte satisfacere non
potuit contritus viaticum habebit. et eccle-
siastica sepultura carebit. extra. e. c. super eo. et hoc
ad terrorem aliorum: vel ad confusionem co
gnatorum. vt per hoc inducantur ad satisfacien
dum. Et intelligit hoc host. si sepe sit ammo
nitus. Si vero super hoc nunquam fuerit ammo
nitus vel si fuerit: sed modico tempore con
mar: fuerit absolutus per presbyterum pro
prium: sepeliendus erit: et heredes cogentur
per censuram ecclesiasticam satisfacere secundum facul
tatem defuncti. extra. e. c. in litteris. et idem est si con
stitutus in morte satisfacere promisit si conua
lesceret: et ante satisfactionem decessit. vt ibidem.
Si etiam in vita satisfacere non posset: non ne
garetur ei penitentia secundum host. si se emendare
promitteret si ad pinguiorem fortunam veniret.

Clerici qui cõtra predicta fecerit. puta si
cõtumacib⁹ penitẽtiã in vita dederint: vel
penitẽtes in morte qui diu steterit ↄtuma
ces: ⁊ tunc erunt inopes. sepelierit vel ele
mosynas eorũ acceperint: vel rapinas eo/
rum participauerint: beneficio ecclesiasti/
co careãt: ⁊ ordinis sui damnũ irrecupera
biliter patiant̃. ex̃. c. super eo. §. vlt̃. ⁊ fm
glo. ibidem. ⁊ fm rod. loquitur de raptori/
bus notorijs: non de occultis. ¶ Ad hoc
nota q̈ consimilit̃ punitur predo sicut ra
ptor. predo. n. dicitur vno modo qui alios
iniuste predatur. vt qui spoliat viatores.
Alio modo dicitur miles qui querit vltra
stipendiũ sibi taxatum. 23ᵃ. q. 1. militare. ⁊
vtriusq; horũ est pena que ⁊ raptoris. cũ
vterq; possit dici raptor: vt predo contine
atur sub raptore. sicut species sub genere.
15ᵃ. q. 1. sane. Potest etiaz fm gof. ⁊ hosti.
predo dici prelatus: qui vt ꝓcuratõem vl̃
seruitium aliqd̃ impendat legato: vel alij:
plus exigit a subditis q̃ soluat querens
predam potius q̃ subsidium in subiectis.
ex̃ de cen. c. prohibem⁹. ⁊ c. ecclesijs. ⁊ ex̃
de immunitate. eccle. qr pleriq;. iudex etiã fz
hosti. qui iurgium alienuz reputat predã
suã. dicitur predo. C. ad le. iul. repetũ. l. iii.
l. omnes iudices.

Circa 3ᵐ queritur quid de p̃ncipi
bus vel alijs qui de longa cõsuetu
dine spoliant naufragantes. Rñ.
tenentur restituere quicquid de ipso naufra
gio habuerunt: siue illud sit captum de ipso
naufragio: siue de mari: siue de littore. ff. de
incen. rui. nau. si quis ex naufragio. nec ex
cusatur a peccato mortali quicunq; recipit
nisi ea intẽtione receperit: vt ei restitueret
cui⁹ erat. nec aliquis excusat̃ aliqua ↄsue
tudine vel statuto vel precepto. qr hoc est
cõtra dei preceptum. Leuit. 19°. Diliges p
ximum tuũ sicut te ipsm. ⁊ thob. 4°. quod ali
q̈s oderis tibi fieri. ⁊c. Eps vero vl̃ quilibz
alius prelat⁹ vel clericus qui tanti criminis
particeps vl̃ consciencius esset: deponi de/
beret. ar. de accu. cum dilecti. Laycus vero
nisi ãmonitus satisfecerit anathematizari
debz. ar. 24ᵃ. q. 3ᵃ. illi qui. ⁊ ex̃ de treugis.
innouamus. Scd̃m vo leges tenẽtur ĩfra
annuz ĩ quadrupluz. post ãnuz vero ĩ sim
plũ. ff. de incen. rui. nau. l. i. § i. hoc aũt intel
ligas nisi sint talia nauigia que exerceãt
piratã prauitatẽ: ⁊ tyrãnidem. vel sint xp̃i
ano nomie inimica. vt ĩ consti. Frederici.
ad decus. § nauigia. Quid de p̃ncipib⁹
illis qui cõuenilit cũ nautis q̈ eis debz an
nuatim ꝓ singulis nauib⁹ per eorũ termĩos
trãseuntib⁹ certã pecunie sũmã pro tali ab
usu quitãdo. Rñdet rod. q̈ cum deberẽt
gratis quitare quicquid hac de cã accipi/
unt tenentur restituere. qr nõ cõueniũt cũ
eis naute de illa sponsione simplr sponte: s̃
ne sustineãt grauiora.

Circa 4ᵐ quod ẽ de pedagijs nõt
hosti. ti. de censi. q̈ exactõres peda
giorũ ⁊ salmarioꝝ ⁊ guidagiorũ
sũt reprobate nisi ab imperatore vel rege:
vel lateranensi cõcilio sint cõcesse. vt. ff. de
publicanis. l. nec vectigalia. vl̃ alias ex lõ
gissima cõsuetudine cui⁹ non extat memo
ria debite introducta. ex̃ de ver. sig. super
quibusdã. §. preterea. ⁊. ff. de aqua quot.
⁊ esti. l. hoc iure. §. duct⁹. ⁊. ff. de aq̃ plu. l.
1. §. vlt̃. ⁊ qui alias ipas recipit nisi ãmo
nitus satisfaciat: est fz can. excõicandus.
ex̃ de cẽsi. innouam⁹. sͣ fz leges est perpetuo
exilio dãnãdus. C. noua vecti. instituĩ nõ
posse. l. i. 2. 3. ⁊ qd̃ dictuz est q̈ a rege põt
cõcedi pedagiũ intelligit ipe hosti. nisi de re
ge romanorũ. ¶ Querit aũt hosti. in speci
ali de rege frãcie vtrũ habeat potestatẽ pe/
dagia cõcedẽdi. ⁊ quidẽ fm aliquos pa/
pa respõdisse videt̃ in cõsimili qõe q̈ sic.
ex̃ qui fi. sunt le. per venerabilẽ. Ipsi autẽ
hosti. videt̃ q̈ non nisi papa dederit ei eã/
dem potestatem que data ẽ ⁊ imperatori.
ar. ff. de ori. iur. l. 2. § deinde qr difficile. ⁊
hi possunt hoc cõcedere in preiudiciũ suo
rum tãtuz nõ extraneorũ. nisi forte extra/
neos dicas factos suos rõe territorij: qd̃
est verius fm hosti. Immo. aũt ex̃ de censi.
innouamus dicit simplr̃ q̈ reges possunt
spontẽ pedagia noua. peccãt tam̃ si faciũt h̃
sine iusta causa. Idem dicit bern. ibidem.
⁊ tamẽ ipe bern. ex̃ de ver. signi. sup qui/
busdam. dicit q̈ solus p̃nceps potest hoc
statuere: non ciuitas. C. noua vecti. insti. n̄
posse. l. 2. ⁊. 3. ¶ Ad hoc nota fm ber. sup
. c. super quibusdã q̈ pedagia dicunt̃ que
dantur a trãseuntib⁹ in locis a p̃ncipe con
stitutis. Guidagia dicunt̃ que dantur ꝓ
ducatu per terrã alicuius vt quis eat secu
rus. Salmaria que dant̃ pro sale. s. vt per
mittantur sal emere vel vẽdere ¶ Sz nũ
quid hoc sine causa cõcedere potest. Rñ.
Ray. innuit q̈ nõ. imo requirit̃ causa. pu
ta ꝓ defensione strate publice contra pre
dones in terra. vel piratas in aqua. vel ꝓ
defensione fidei ⁊ patrie. contra paganos

vel hereticos: vel alia causa cõsimili iusta: in quibus casib⁹ si is qui recipit illud: facit ꝑpter quod institutum est. licite ꝛ sine piculo consciẽtie recipit illud. Idẽ est si non facit: quia est pax in terra. sꝫ firmiter ꝑponit ꝙ hoc faceret si necessitas immineret. ar. ii^a. q. ii^a. vobis enĩ. ad fi. ꝛ. ff. loca. ꝛ ꝯduct. l. ex cõducto. §. si vno. ꝛ hoc itelligit ray. siue sit nouũ siue antiquũ. facit tñ hãc differẽtiã. s. ꝙ nouũ nullatenus ẽ recipiendum: nisi cõstet de causa ꝑpter quam est impositũ. Antiquũ vero recipi põt. licꝫ nõ possit causa manifeste sciri: dũmodo cõsciẽtia possit ꝓbabilit̃ formari ꝙ ꝑpter vnã de causis predictis ꝛ ab illo qui cõstituere potuit cõstitutũ fuit. aliter est rapina: ꝛ restituere tenet̃. ꝛ sic induxit antiquitas. e. ti. de censi. peruenit. ꝛ. c. cũ aplĩs. §. prohibeꝫ⁹. Hosti. võ credit ꝙ si a pncipe concedat̃ ẽt cã non expressa. vel si consuetudo hoc approbet cuius nõ extat memoria sine scrupulo recipi põt. is tamẽ qui recipit illud tenetur saluare soluẽtem infra suum districtum in psonis ꝛ rebus sm posse suũ. qꝛ ꝑpter hu⁹ solui consueuit pedagiũ: ꝛ si hoc non faciat grauiter peccat: quia eti sine pedagio ad hoc teneret̃. nõ tamẽ ob hoc tenetur ad restitutõem pedagij: nisi cõstet ꝙ hac cã concessũ fuit. licet qõ plus est ad satisfactõem integrã teneatur: si i defectu insicie inueniatur. xv^a. q. ii^a. dñs deus. ꝛ. q. v^a. administratores. ꝛ. C. de appel. si appellatõem. Si. n. sñia ray. esset vera: vix aut nunq̃ saluaret̃ aliquis recipiẽtium pedagia sm hosti. ¶ Quid si mercatores alicuius loci faciũt pactũ de certa pecunia soluẽda ꝑ bestia alicui domino terre. ita ꝙ eos defẽdat. Rñdet hosti. ꝙ tũc hẽt locum opi. ray. ar. ex. de condi. app. verũ. si tñ dñs metum intulerit iniuste recipit: ꝛ oĩo restituet̃ tenet̃. ff. quod me. cã. metum. §. sed lꝫ. nõ tamẽ tenet hoc pactũ nisi inter eos inter q̃s est habitũ. ff. de pact. si vnus. §. ante oĩa ꝙ si talis non faciat illud quod ꝓmisit: nec illi mercatores ei fidẽ seruare tenẽtur. ex. de iureiur. puenit. ii. ¶ Quid si quis portare faciat necessaria ad vsũ vite sue ꝛ familie. nunquid ꝑ eis tenet̃ pedagiũ dare. ꝛ videtur ꝙ sic. quia ita tenet cõsuetudo. Sed sm hosti. consuetudo talis est irrationabil̃ ꝛ sic nõ est tenẽda. ex. de cõsue. c. fi. ꝛ cõuenit cum eo her. ex. de verb. sig. sup quibusdam nec obstat. ff. de publi. si publicanus. §. fi. qꝛ illud intelligit̃ de his que cã mercimonij deferunt̃. vt sequit̃. nã in his tribuit ius consuetudo: cui⁹ nõ extat memoria. C. de vecti. ꝛ ꝯmis. o. ad fi. ꝛ si quis ꝯtrauenerit sm leges decapitari debet: vt dicit lex ibidẽ expsse. l. vniuersi ꝓuinciales. dicit tamẽ lex antiqua ꝙ p̃ses hec publicano significat̃ debꝫ ꝑ litteras manu publica scriptas: rerũ quãtitatẽ cõtinẽtes. ꝛ si plꝰ portaretur illũd cõmittit̃. ff. de pub. ꝛ vec. si publicanus. §. i. ¶ Sed nunquid laicus sine peccato pedagiũ exigere põt a clico: cũ hoc ius hẽat a pncipe laico. Rñdet host. ꝙ nõ qꝛ nullus layc⁹ potestatẽ habꝫ in ecclesiasticis rebus. ex. de cõsti. ecclia. ꝛ multomi⁹ i personis ¶ Nunquid xp̃iani tenẽtur pedagium soluere sarracenis. Rñdeo ray. dicit ꝙ sic: dũ tñ ipsos trãseuntes defẽdãt. nã ꝛ hosti est fides seruãda. xx^a. q. iv^a. innocens. ꝛ. xv^a. q. i. noli. ꝛ hoc dũmodo illuc tẽpore guerre nõ vadant: nec merces ꝓhibitas deferãt. alias si hoc facerẽt vt punirentur: in quo deliquisset eis iniũgẽdũ eẽt. vt ponerẽt illud. s. pedagiũ i redẽptõem captiuorũ: vel in subsidiũ fidei xp̃iane: vel ipsimet in eodẽ subsidio expenderent si ad hoc idonei essẽt. Vel alr ex. de voto magne. circa fi. ꝛ. c. qõ super his sm ray. Si tamẽ nolunt hanc penitẽtiã recipere: nõ credit hosti. ꝙ sint ad eã cogẽdi. ꝑcipue dũmodo nolint alias penitere. ¶ Secõ aũt hosti. xp̃iani non tenẽtur ad illã solutõem. qꝛ xp̃iani non subsunt sarracenis. si tamẽ volũt habere cõmoditatẽ terre sarracenorũ opꝫ ꝙ soluãt: qꝛ nec alias eorũ trãsitũ sustinerẽt. Hoc. vero dicit ꝙ xp̃iani tenent̃ ad illud ratione pacti: si interuenit: ꝛ etiã ratõe statuti. cum. n. sarraceni sint in potestate statuendi ꝛ dominãdi in terris quas tenẽt nõ sunt spoliãdi alicuius p̃uate persone auctoritate. vñ non sũt spoliandi siue defraudandi pedagijs ꝑ aliquẽ xp̃ianũ transeuntẽ ꝑ terram eorũ ¶ Ad hoc nõ sm ray. ꝛ hosti. ꝙ vbicũq; quis exigit iniustũ pedagiũ ꝛ vbicũq; q̃s trãsiens negat iustũ: l' fraudat ipsũ: tenet̃ quilibet restituere ei a quo extorsit: vel quẽ fraudauit: vel heredi ei⁹ si inueniatur. aut erit in pias cãs cum consilio ecclie erogãdum. i 4^a. q. 6^a. si res aliena. ¶ Itẽ dicit ray. ꝙ si recipiẽs pedagiũ non seruet illud quod debet. vel etiã si nõ recipiat iuste: transeuntes non tenent̃ illũd dare: nisi per mendaciũ illud subtrahãt furtiue licet peccent saltẽ venialit̃: in mẽdacio tamen restituere nõ tenentur. Item dicit

roð. ꝙ si quis furtim pedagiū asportaue-
rit: vel cōmiserit furtū vel aliud simile su
per quib⁹ est pena statuta non dꝫ sibi iniū
gi in foro penitētiali ꝙ soluat hī⁹ penā: nisi
tunc demū cū in foro iudiciali fuerit cōdē
natus: sꝫ sufficit ꝙ interesse soluat. Et si in
tulit iniuriā ad arbitriū boī viri satisfaciat.

Sequitur videre de scđ'. s. de questu ⁊
tallijs ⁊ silibus: quas domini exi
gunt a subditis. Sciēdū ꝙ sꝫ ray.
ti. de rapto. ⁊ hosti. ti. de imu. eccle. ꝙ regu
lariť dominus petē non dꝫ a subditis: nisi
ea de qbus inť eū vel eius ancessores: ⁊ el
lsos: vl' eoꝝ ancessores plane: bona fide:
sine dolo ⁊ coactione cōuenit. de his solēt
fieri instrumēta oia ꝗ ab initio imposita.
dū tamē non sint turpia vel ꝯtra deū: pos-
sunt peti ⁊ debēt solui: qꝛ quilibꝫ in traditiō
ne rei sue legē quā vult ponere potest. ex
de pac. antigonus. ⁊ quicqd subdit⁹ de his
s. que sūt certa sine dn̄i uolūtate subtrahe
ret: diminueret vl' celaret sciēter sicut fur re
stituere teneret. ⁊ idē intellige sm̄ roð. si
non extet instrumētū. est tamē antiqua ⁊
certa tallia a tēpore cuius nō extat memo
ria: ⁊ scitur vel ꝓbabilr creditť ꝙ ab initio
fuerit imposita iusta de causa. ita tamē sm̄
ray. ꝙ ⁊ ipse dn̄s ꝯpleat si quid ex illa cā
uel institutiōe cōplere debeat. Ubi tamē po
nitur in instrumēto indefinite collecta tal
lia ⁊ hī⁹ dꝫ itelligi ꝙ dꝫ ēt moderate petē
inspectis oneribus ⁊ facultatib⁹ subditoꝝ.
ex de cen. cū apostolus. ⁊ idē credit roð. si
contineať in instrumēto. vel etiā si sit con-
suetudo talis sine scripto ꝙ tallia facē pos-
sit ad placitū suum. Et si de hoc dn̄s hēat
consciam inducať ad restitutiōeꝫ faciēdā.
Si autē accepit dn̄s vltra cōuēta ⁊ statu-
ta inť eum ⁊ subditos eius: aliqua sponte
oblata. nulla fraude adhibita: vel minis:
vel coactione idirecta restituere nō teneť
.i. q. ii. placuit. ⁊ c. ꝗ̄s pio. Exactio indire-
cta esset si eis iustiā negaret: vel eos non
defenderet sm̄ ꝙ deberet. vt sic ab eis ali-
quid extorqueret: vel eis insinuari faceret:
ꝙ ab ipis aliquid hēre vellet. Si tamē ex
aliquib⁹ circūstantijs appareret restitutio
impossibilis vel multū difficilis. satis vr̄ ꝙ
consuli posset his dominis ꝙ in recōpen-
satiōem remitterēt subditis cōiter cū consē
su eoꝝ: ⁊ libera volūtate: aliquā seruitutē
vel ānuā prestatiōem ip̄petuū vel ad tēp⁹.
ita ꝙ videreť eis plenissime satisfactū. vel
etiā ꝙ facerēt in remissionē peccatoꝝ illo
rum quib⁹ tenebāť aliquod hospitale: vl'
aliquod opus sile pietatis. cū cōsēsu tamē
eorūdē vbi pōt requiri. Et hoc dꝫ intelli-
gi nisi iusta cā ipm dn̄m ad talē exactiōem
faciēdā inducat. Sunt. n. quedā cāe iuste.
vna ꝓ defensione patrie cū .s. inuadiť ab
hostibus iniuste. ex de imu. eccle. puenit.
Alia est si dn̄s vult ire in exercitū indictū
ab eccl'ia: vel a pn̄cipe cōtra hereticos vl'
paganos: nec de suo sine graui dāno expē
sas facere posset. iii. est si dn̄s in guerra vl'
in bello iusto ex parte eius sit ab hostibus
capt⁹: nec de suo redēptiōem sine graui dā
no soluere possit. iiii. si vult ad pn̄cipē ire ꝓ
puileg o spālis ptectiōis ꝓ se ⁊ suis sbditis
obtinēdo: nec pt đ suo facē expēsas sine graui
dāno. Pro his causis ⁊ alijs silib⁹ emergē
tibus: dn̄s a subditis auxiliū petere potest.
dū tamē sēper moderate: ⁊ nō cū eoꝝ gra
namine: ⁊ cum charitate: non ex violentia
petat. io. q. iii. vnio. circa me. ⁊ ex de censi.
cū apostolus. § ꝓhibem⁹ sm̄ ray. sm̄ etiaꝫ
roð. cause pter pdictas alicubi vsitate ⁊
approbate sť quādo dn̄s filiū militē facit:
vel filiā nuptui tradit: vel feudū suum rele
uat: vel nouū cōparat. hī⁹. n. respiciunt cō-
modū subditoꝝ: qꝛ ex talib⁹ dn̄s fit potē
tior vel ditior: ac p hoc parcē pōt sbditis
plusꝗ̄ añ. Et iō vr̄ ꝙ ꝓ talibus possit acci
pere a subditis: vbi est cōsuetū vel cōsuetū
tum. dū tamē accipiat moderate sm̄ roð.
Si autē dn̄s velit ad aleas ludere: vel vl-
tra vires ad vanitatē in vestib⁹ hospitib⁹:
⁊ similibus expendē: non debꝫ ꝓpť hī⁹ exi
gere: quod si fecerit teneť restituē. Et ideꝫ
est si capt⁹ in bello iniusto exigat totaꝫ re
dēptiōem vel partē quā hē sub⁹ soluit sm̄
ray. Ricar. vo ii. di. xliiii. q. iii. ar. i. c. circa
tallias quas iponunt dn̄i de nouo subditis.
suis distinguit sic. s. ꝙ subditi aut sūt serui:
aut liberi. si sui: domini simpliciť possūt eis
de nouo tallias imponē: etiā si non vgant
nisi i bonū dn̄oꝝ ipoꝝ: ⁊ sui teneť eis obe
dire. qꝛ suus ⁊ res eius sūt possessio dn̄i.
vn̄ phs. i. politi. dicit ꝙ suus est res posses
sa. ⁊ iō si fugiāt dn̄m debēt restitui sibi. ex
de suis nō ordi. de fueꝝ. Si aūt sint liberi
ita ꝙ dn̄s dn̄eť politice: aut dominus ille
est rex: vel pn̄ceps. aut dn̄s inferior. Si p̄
modo pōt auctoritate sua ꝓ vtilitate boni
cōis de nouo tallias suis sbditis imponere
ꝯpensata subditoꝝ facultate ⁊ negocij: qđ
est ꝓ bono cōi qualitate ⁊ quātitate. ff. de
pub. ⁊ vecti. vectigalia: quod debꝫ itelligi

nisi facultates sufficiant regi vel principi pro boni cōis promotione ⁊ defēsione. Si autē ille tallie in nullo sint ad vtilitatē boni cōmunis: nec rex: nec princeps tēporalis potest eas de nouo imponē. Et si eas imponit subditi non tenētur obedire: qꝛ potestatis sue limites exit. Si autē sit inferior nō potest de nouo subditis tallias imponē. Et si imponit cum exeat limites potestatis sue subditi non tenētur obedire. maxime quādo sine consensu regis vel principis imponuntur. ⁊ hoc est expressum ex͂ de cēsi. innouamus. Et si quis contra fecerit ⁊ ammonitus non desiterit donec satisfecerit cōmunione careat xp̄iana. vt ibidē dicitur. ⁊ ex͂ de ver. signi. super qbusdā. ⁊ C. noua vecti. insti. non posse. l. 2ª. 3ª. ⁊ 4ª. Sed contra sup illud Math. 17°. ergo liberi sūt filij. dicit glo. ꝙ liberi sūt filij regis in omni regno. multomagis sūt liberi filij illius regis sub quo sūt omnia regna. ergo videtꝛ ꝙ xp̄iani. ⁊c. Rn̄. filios regni vocat xp̄ianos illos qui reliquerūt oīa tēporalia ꝓpter xp̄m. tales. n. non tenētꝛ ad aliquas exactōes temporales. ¶ Pro altera parte obijcitꝛ illud .i. pe. 2°. Sui estote subditi dominis: nō tm̄ bonis ⁊ modestis: sed etiā discolis. ergo ⁊c. Rn̄. aut loquitꝛ de subditis seruis. aut si loquitur de subditis liberis: intelligēdū est ꝙ debēt eis esse subditi in his ad que potestas eoꝝ se extēdit. secundum Ric. 2° di. 44ª. q. 3ª. ar. i. c. 2m. ¶ Sciēdū etiā secundum Ric. vbi sup. c. ꝙ aliquādo tallie que de nouo imponuntꝛ sūt directe ad vtilitatē boni cōis. puta qn̄ fiunt p defensione fidei: vel regni: vel ꝓ refectōe pontiū vel viaꝝ. quādoqꝫ autē indirecte: ⁊ non ita apte. vt cū aliqua iniuria infertꝛ regi ex͂ suū regnū. puta qꝛ ab aduersarijs detinetꝛ captiuus eius frater filius vel propinquus. vel aliqua terra que de nouo est deuoluta ad regē possidetꝛ violenter ab aduersarijs de facto. ⁊ rex imponit subditis tallias per quas ius suū recuperare possit. tunc ille redūdant in bonum subditoꝝ. quia cum rex viriliter īpugnat aduersarios terram sibi de iure debitam eripiendo: vel fratrē suum vel consanguineum iniuste detentum liberādo: ex hoc ipse magis honoratꝛ ⁊ ab aduersarijs timetꝛ. ⁊ per cōsequēs eius subditi fideles gaudēt: ⁊ sua bona securius possidēt: ⁊ in maiori habētur honore: ⁊ sunt in meliori conditōe. Vn̄ in tali casu si ad hoc nō sufficiāt facultates regis: pt a subditis et liberis accipe auxiliū moderatū cōpensata negocij qualitate: ⁊ vtilitate: ⁊ subditoꝝ facultate. videtꝛ tamē ꝙ negocio expedito si regis facultates abūdantꝛ augeantur: ⁊ aliqui cōitates nimis notabiliter sint grauate: rex eis subuenire debet secundum exigētiā ⁊ ꝓportōem sicut ei subuenerunt in sua necessitate. cū. n. caput egrotat ei membra alia subministrāt. ⁊ sic ecōuerso caput alijs mēbris. ¶ Sciēdum etiā ꝙ qꝛ facultates regum sunt eis date ꝓpter ꝓmotionē ⁊ defēsionē cōis vtilitatis: si facultates regis sufficiant p defēsione regni vel fidei. non dꝫ et in illo casu subditos talliare. non tamē est dō facultates regis sufficere quādo nō pōt regnū vel fidē defēdē. nisi ita se depauperet ꝙ nihil sibi remaneat in thesauro quo se iuuare possit: si iteꝝ infra breue tēpus ab alijs aduersarijs inuaderetur. maxime si multos habeat insidiatores. tali. n. regi necessarius est thesaurus pecunie: qꝛ aduersarij sciētes eum sic esse munitū: magis timēt eum: ⁊ ex cōsequēti magis pacifice possidet regnū suum. licꝫ multo plus valēt sibi thesaurizare amorē subditoꝝ q̄ȝ argētum ⁊ aurū. hec Ric. quolibet 5°. q. 28ª. c. ¶ Quid ergo de militibus illis q cum violētia faciūt in castris suis tallias semel ⁊ bis: ⁊ quotiēs videtꝛ eis nunc plus nunc minus. Rn̄det hosti. ꝙ tales sūt predones ⁊ raptores: ⁊ tenētur ad restitutionē: nec aliqua consuetudo siue abusus excusat eos. cum. n. incerta sit cōsuetudo quā allegant: quia nunc plus: nunc minus nō hꝫ locū cōsuetudo: maxime si cuꝫ violētia fiat. ar. in auc. de indi. §. furtiue quoqꝫ res. ¶ Quid si fiat statutum ꝙ detur aliquid certum. Rn̄det hosti. ꝙ valet si fiat de cōi consensu ipsoꝝ subditoꝝ. ¶ Quid si detur alicui priuilegiū ꝙ non teneatꝛ ad dandum collectā in illis casibus: in quibus alij cōitꝛ astringuntꝛ. Rn̄det hosti. ꝙ non valet etiā si consētiant vicini. C. de decuri. vacatis l. io. ¶ Quid de dominis illis qui vtūtur tali consuetudine in hominibus suis. ꝙ de mobilibus eoꝝ capiūt quātū ⁊ quādo volunt. ⁊ cum suspicātur eos velle trāsire ad aliū locū omnino spoliant eos. Rn̄det io. ꝙ si certū sit ꝙ ab initio fuerit impositum onus tale terre sine malitia ⁊ fraude: videtur tolerare posse ꝙ incātum vtantꝛ huiusmodi constitutōe ꝙ non grauēt subditos vltra modū aut stantes: aut recedētes. ⁊ ꝙ dn̄i non tenētur ad restitutōem taliter acceptoꝝ. Si autē non sit certuꝫ: aut si credatꝛ ꝙ nō

fuerit ab initio legitime institutũ:huiꝰ spolia
tiones ipso genere facte sunt male: ⁊ faciẽ
tes eas tenẽtur ad restitutionẽ. In hoc tñ
casu ⁊ similibus qui tolerãtur ab eccl'ia ꝓ eo
ꝙ põt eẽ ibi dubitatio aliqua de iure vel fa
cto:nõ est absolutio simplr denegãda:ſ est
faciẽda.tamẽ cum q̃dã dubitatõe sic.Ab
soluo te de hoc inquãtũ possũ : ſ timeo vel
credo ꝙ nõ sufficiat tibi ad salutem:nisi te
alr habuẽris in hoc casu. h roð. ¶ Quid
de illis qui emunt ꝑposituras seclares vbi
non sunt redditus:ſ sole exactões ⁊ mune
ra ⁊ ſuitia que recipiunt huiꝰ prepositi:nũ
quid talia r̃stituẽ tenẽtur.⁊ sic coguntur a
dominis huiꝰ officia exercẽ:nunquid tenẽ
tur potius omnia sua dimittẽ q̃ĩ hoc obe
dire.¶ Et quid de dominis qui vẽdũt huiꝰ
prepositurasRñdet Roð. ꝙ si nõ possũt
huiꝰ officia exercere sine peccato mortali de
bẽt potius omnia mala tolerare q̃ ea assu
mere:⁊ peccant mortalr: quotiens accipi
unt munera ꝓr faciẽdam gratiã alicui ĩ
ꝑiudicium alrius. aut si minis ⁊ terrorĩbꝰ
aliquid extorqueant.aut si quosdam gra
uẽt:vt alij timẽtes eis seruiãt ne talia pa
tiantur:tenẽtur ad restitutionẽ oĩum taliũ:
si possint:nec sũt alr absoluẽdi. Dñi vero
qui ꝑposituras vẽdunt:aut alios ad emẽ
dum cogunt:grauir peccant: cũ gratis eas
cõmittẽ deberẽt : exquo non sunt ibi iusti
redditus aut prouẽtus:⁊ tenẽtur ad inter
esse illis qui per huiꝰ ꝑposituras sunt taliter
spoliati.⁊ hoc ẽ verũ de illis ꝑpositis q red
dunt iura .¶ De bedellis aũt minoribus
quoꝝ officium ẽ tantũ citare vel exequi iu
dicata vel mandata maiorũ: tenẽdũ ẽ qð
dicitur.j.de officialibus.ti.78º ar.6º Sꝫ
nunquid dñs licꝫ accipẽ mutuũ ab huiꝰ of
ficialibus.vt ipsi dũ sunt in officijs tãtũdẽ
accipiãt a subditis. Rñdeo ſm tho . ĩ q̃dã
epistola si tales hoc pacto mutuẽt vt ac
cipiant officium:tale pactum est vsurariũ.
vñ tenẽtur resignare officiũ talr acquisi
tũ .Si ãt detur eis gratis officiũ. ⁊ postea
recipiatur ab eis mutuũ: hoc sine peccato
fieri posset ¶ Quid de hominibꝰ alicuius
militis:qui cũ haberẽt vsuariũ in quodã
nemore:dominꝰ suus illð abstulit eis:nun
quid tenetr restituẽ.Si quis etiã eis aliqd
auferat: nunquid sufficit si ille satisfaciat
dño eoꝝ cum ille dominꝰ hac vtatur con
suetudine.ſ.ꝙ de bonis eoꝝ accipiat q̃ntũ
⁊ quando vult. Rñdet Roð. ꝙ si sint ve
serui:totũ hoc fieri potest. si aũt sint ſui de

corpore quales sũt in frãcia quidã ſui ec
clesiaꝝ ⁊ quorũdã nobiliũ : dñs hoc facẽ
non põt:⁊ multo magis hoc non põt: si n̄
sunt alias serui:nisi intãtũ ꝙ dominꝰ eoꝝ
põt de cõsuetudine quãtum ⁊ quãdo vlt
de bonis eoꝝ capẽ.⁊ in huiꝰ restringi debꝫ
talis abusus potius q̃ relaxari ¶ Quid
de militibꝰ: nũquid retinẽ possũt emẽdas
quas leuãt ſm cõsuetudinẽ suã ⁊ assisias
terre ab illis intr quos iudicãt:⁊ ab illis q
in forestis suis defensis delinquunt : cum
pena sit multo maior damno illato . Rñ
ſm roð tã milites q̃ persõe ecclesiastice emẽ
das quas leuant ſm consuetudinẽ legiti
mam :⁊ iudiciũ regis possũt retinẽ sñ pec
cato quando subest causa:⁊ seruatur iuris
ordo.nec est corrupta intẽtio: vt.ſ. faciant
hoc nõ ꝓpter auaritiã : ſ ꝓpter iusticiam .
¶ Nec obstat ꝙ pena sit maior dãno . qr
pene huiꝰ non tãtũ ꝓpter interesse:ſ etiã ꝓr
arcẽda crimina sunt statute.sunt tamẽ te
perande pensatis negocioꝝ ⁊ personarum
circũstantijs:qr culpa est ꝑsequi totã cul
pam.vñ non debẽt habene militibus laxa
ri:maxime in hac parte in consilio anime
securius tamẽ esset huiꝰ penas in pios vsus
cõuertẽ inquãtũ.ſ. excedunt damnũ illatũ.

S Equitr vidẽ de 6º.ſ. de rapinis : ⁊
de damnis que fiunt in guerris.⁊
circa h querũtr pla.ſ.quid de dñis
illis qui guerras adinuicẽ habẽtes vtriq̃
pauperes ⁊ rusticos alterius spoliant.capi
unt.incarcerãt:⁊ cruciatibus vel redimẽ se
cogunt:vel miserabilr expirare . Rñdet
ray.ti.de rapto.⁊ hosti.ti.de pe. ⁊ re. ꝙ mi
les habẽs iustũ bellum contra alium mili
tẽ:licite facit suum quicquid ab hoste ca
pit:vel ab auxiliatoribus eiꝰ siue a subdi
tis suis:siue ab alijs quousq̃ ſm cõscien
tiã sit ei satisfactum de omni damno dato
iniusto ⁊ labore ⁊ operis suis ⁊ suoꝝ ho
minũ:vel donec ipse hostis offerat ius :
vel velit satisfacẽ sibi.di.i.ius gentium. ⁊
23ª.q.7ª.si de rebus .subditos aũt illos q
deum plusq̃ homines timẽtes : nolũt dño
suo in bello illicito impendẽ auxilium:con
silium:vel fauorẽ:nullatenus debẽt in aliq̃
damnificare.pena.n.actores suos debꝫ te
nere:nec est vlterius ꝓtrahẽda q̃ culpa .
ex̄ de his que fi.a ma.par.ca.quesiuit.⁊.i.
.q.3.c.i.⁊.i.q.4.§. Itẽ ꝓ peccato .¶ Quid
si habẽs iniuſtũ bellũ fecerit incẽdia vel ef
fracturas:vel extirpauerit arbores vel vi
neas in t̃ra ꝓpria sui aduersarij:vel hominꝫ

eius:nunquid ꝓ his tenebit' in aliq̄. Rn̄-
det Roð.ꝙ de illis damnis nō tenebit' q̄
bona fide intulit:aut a quibus abstinē cō
mode non potuit ſm industriā ⁊ cōsuetu-
dinē bona fide pugnātiuȝ. Si aūt animo
crassandi ⁊ malitiose ea intulit: cum alias
posset cōmode sibi cōsulere tenebitur ⁊ cō
pensabunt' illa dāna cum dānis datis sibi
⁊ hominibus suis vſȝ ad cōcurrētes quā
titates. ⁊ de eo quod super excreuerit tene
bitur satisfacere illis quos damnificauit.
¶ Quid de eo qui mouit iniuste bellū:nū-
quid tenebit' de omnibus damnis a se vel
suis illatis aduersario suo ⁊ hominibus
eius. Rn̄det Roð.ꝙ sic. Nunquid etiaȝ
talis tenebitur hoībus ꝓprijs de dānis illa
tis eis ab aduersario suo ⁊ hominib' eius
dum ille aduersarius iuste rebellat. Rn̄dȝ
Roð.ꝙ sic:nisi etiā homines eius mala fi-
de iuuerint eū.tunc.n.nō habēt contra eū
actionē.cum nullus ex culpa sua cōsequi
debeat actionem. hoc est veꝝ ſm aliquos
in foro cōtētioso. Si tamē iuuerint euȝ ad
hoc inducti eius consilio vel timore: vl' co
actione:vel quolibet alio modo alias non
facturi: tenetur eis ad restitutōeȝ in foro
penitētiali.quia q dat occasionē dāni:dā-
num dedisse videt'. Nobilis autē ille q iu-
ste pugnat ſm roð. non tenet' hominibus
suis de dānis que passi sunt ab aduersa-
rijs: cuȝ ⁊ ipi ⁊ se ⁊ sua ꝓ dn̄o suo expo-
nere teneantur: non tenet' inq̄ȝ nisi fuerit
cum culpa eos negligēter defēdendo. De
hac materia dicit Inno.ex̄ de iureiur̄.sup
.c.sicut.⁊.ī.ꝙ vocati ad iustū bellū habēt
actōem mandati contra vocātē: nisi ex de
bito teneant': vel nisi ex causa pietatis vl'
humanitatis vel parētele faciāt.23ª.q.5ª.
non inferēda. Uocati vero ad bellū iniu-
stum:nunq̄ȝ habēt cōtra vocantē actōem
mandati: vel aliam ad ꝑpendia vel dāna
contingētia occasione dicte vocatiōis vel
mandati.quia in re turpi nō contrahitur
obligatio.ff.mandati.si mādauero tibi.§.
qui edē. ¶ Quid si duo nobiles cōponant
super guerra sua:nunquid possunt compo
nere vel trāsire sup dānis datis hominib'
suis nulla restitutōe facta illis. Rn̄dȝ roð.
ꝙ sic si fiat hoc de cōsēsu dānificatoꝝ. al's
ille qui bellū mouit iniuste nō pōt per suā
cōpositōem ꝑiudicare hominib' suis quin
ipse de ꝓprio teneatur eis satisfacere de dā
nis suis: nisi ⁊ ipi pariter cū eo fuerit ī cul
pa.vt dictuȝ est. in quo casu t̄n nō tenet'
eis in aliquo in foro cōtētioso ꝓ eo ꝙ par
ticipauerūt ei in crimine sciēter.in foro t̄n
penitētiali si hoc fecerūt ad suā ꝑsuasionē
aliter non facturi tenet'. Qui aūt habuit
iustū bellū non debet cū aduersario cōpo-
nere cū preiudicio hominū suoꝝ:ſȝ vel ip
se debet eis reddē dāna ipis illata:vel ꝓcu
rare ꝙ ab aduersario reddāt'.hoc t̄n intel
lige de illis dānis que passi sunt in incen-
dijs ⁊ rapinis rerū suaꝝ. De expensis aūt
quas fecerūt ad exercitū veniēdo vel ibi
morādo:satis solent domini componē vel
dissilare ꝓpria auctoritate. quod eti.de pri
uatis dānis concedi pōt: si ipi domini vi-
derint ex cā ꝓbabili ea potius remittēda
esse: q̄ȝ cōmodo pacis carere: ⁊ pericula
belloꝝ incurrere. Et cum ī hoc casu domi
ni gerāt vtilit' negociū subditoꝝ talit' cō po
nendo: subditi debēt ratū habere. Sed t̄n
ab initio cōtradicāt ne compositio fiat: ni
si refusis sibi damnis si ex iusta causa do
mini viderit expedire: possunt a bellando
desistere: licet forte non possit damna illa-
ta quitare. q2 sicut penes ꝑncipes est aucto
ritas bellum mouēdi.ita ⁊ auctoritas desi
stendi. ſȝ roð. Predictis cōcordat hosti.d.
ꝙ si inter duos milites vel ꝑncipes fuerit
guerra iniusta: ⁊ hinc inde dāna multa il
lata: ⁊ postea pax inter eos sit facta: ⁊ dā
na hinc inde data remissa: non videt' hec
remissio ad homines ⁊ valitores vtriusq̄ȝ
extēdēda: nisi de consensu eoꝝdem sit fa-
cta.ar. C.de trāsac.l.i.⁊ ex̄ de maio.⁊ obe.
.c.si. vel nisi forsan alit' pax haberi nō pos
s.t.ibi quidē vtiliter pactis gerit' negociū
vtriusq̄ȝ partis. ⁊ sic itelligi pōt.ff.de pac.
conuētionū.alit' non possum ius remittere
hominis mei: cum nec possiȝ ab eo tātidē
extorquere sine rapina.

s

Equit' videre de 7°.s. de illis qui se
quuntur raptores ad ꝑdā capien
dam: vel ipos maiores ad rapien
dum inducit. Et dicit Ray. ꝙ sequentes
scient' raptores: vel ignoranter. postea t̄n
scienter eos ad rapiēdū iuuantes: ⁊ ipos
ad hoc quoquo mō inducētes si sciant vl'
credant illos ꝓpter eoꝝ sequelaȝ: siue cor
porale auxiliū vel inductionē suaȝ fecisse
rapinā: aliter non facturos: quilibȝ talis
insolidū tenet'.i.de toto dāno: al's non tenē
tur nisi de his que inde habuerūt: ⁊ de oī
dāno quod ipi vel aliqui de familia sua fe
cerunt directe vl' occasionalit'.ar.ad hāc
distictōem.ex̄ de sen.⁊ re iudi.c.i.⁊.2°.⁊ de

cta. ⁊ qualita. iuã. ⁊ de sen. ex. inter alia. h
Ric. ⁊ conuenit cum eo hosti. ti. de pe. ⁊ re.
Et addit ibidem ꝙ si credant ꝙ cuã sui ad
iutorio suo: vel instigatione damnũ fecis-
sent. non tamẽ tãtũ tenẽtur ad illud qḋ ꝓ
babiliter credunt eos plus fecisse ꝓpt̃ suũ
auxilium vel instigationẽ. Quod aũt dixit
de his qui tenentur insolidum: intelligas
etiam de his qui defendunt ipsos raptores
in errore suo: ⁊ recipiũt eos in castris suis
.s. ꝙ tenentur insolidum quãdo ꝓpter defẽ
sionẽ vel receptionem hi⁹ impediuntur dã
nificati recuperare damna. Idẽ etiam itel
lige de illis quoꝝ nomine fit rapina: si ipsi
ꝑus ꝙ̃ rapina fieret eam fieri mandaue-
runt: vel qḋ nomine eoꝝ gestum est. post
ea ratum habuerunt. iiª. q. 3ª qui cõsentit
⁊ duob⁹. c. se. ⁊ ex̃ de resti. cum ad sedeȝ. h
ray. ⁊ idem dicit hosti. ¶ Quid si ꝑncipal'
vel etiam vnus eorũ qui tenetur insolidũ
satisfecit de toto damno: nunquid ceteri li
berantur quo ad ipsũ damnũ vel iteresse
Rndet Ray. ꝙ liberant̃ qꝛ bona fides nõ
patitur vt idem bis exigat̃. ff. de re. iuri. bo
na fides. Et ſm Rod. interesse cõprehẽdit
hic ⁊ expensas ⁊ incõmoda: que quis in-
currit occasione damni sibi illati. Ille aũt
cui satisfit: tenetur satisfacienti cedere acti
oneȝ sibi contra alios cõpetẽteȝ quo ad iu
dicium anime: non vt ab vno petat insoli-
dum: sed a singulis pro rata: excepto ꝑnci
pali. i. nisi is qui satisfacit insolidũ esset ꝑn
cipal. s. non tenet̃ aũt quo ad iudiciũ cõ
tẽtiosum. qꝛ qua fronte põt petere cessionẽ
qui punit̃ ex contumacia sua. ff. de admi.
tu. si plures. z. hec ray. ſm aũt hosti. quod
dicit Ray. de cessione facienda in iudicio
anime: non videt̃ multũ vtile: cum ex ea
agi non possit: nisi de voluntate ꝯfitẽtis pu
blicetur. sed nec ex hoc agi poterit in foro
contẽtioso ob legẽ predictaȝ. siue tamẽ sit
facta cessio: siue non. alij qui nihil solue-
runt ad reddãdũ eum qui satisfecit insoli
dum: sunt pro suis ꝑtibus efficaciter indu
cẽdi: qꝛ soluẽs gessit vtiliter eoꝝ negociũ.
ḡ tenẽtur id quod fecit ratuȝ habere: ⁊ ei
satisfacere. ar. ff. de neg. ges. cum pecuniã. ⁊
. l. pomponi⁹ in fi. ⁊ . l. se. hec hosti. ¶ Nota
ſm tho. 2ª. 2ᵉ q. 62ª. ar. 6ᵒ. c. 5ᵐ. si ꝑncipal'
ĩ facto soluit: oẽs alij qui. s. fuerũt ab eo in
ducti ad damnũ faciẽdũ sunt liberati. Si
vero alius soluit: illi qui sunt ꝑncipales in
facto: ⁊ illi ad quos res peruenit: illi resti-
tuere tenentur ¶ Nota etiam ſm Inno.

ex̃ de homici. sicut dignũ ꝙ si spoliat⁹ libe
raliter raptori dimitteret: tunc credo cõsi-
liarium esse liberatũ: quia liberatus est il-
le qui ꝑncipalior tenebatur: ⁊ qui res ha-
buit. Sed si consiliarius esset absolutus a
spoliato: non crederem alios liberatos ad
quos res ille peruenerũt: nisi eos expresse
intẽderit liberare: nec etiam eum qui rapi
nam fecit si de rapina nihil habuerit: quia
naturalit̃ ⁊ etiã de iure diuino cõueniẽs ẽ
ꝙ sublato ꝑncipali tollatur accessoriũ: sed
non eȝ̃. ex̃ de consti. translato. imo etiã si
liberalit̃ liberaret̃ raptor ꝑncipalis: nõ ꝓpt̃
hoc liberaret̃ consiliarius a restitutione: si
quid peruenit ad eũ de rapina: nisi alius ꝓ
eo satisfecisset. Nam ⁊ in hoc casu in ani-
me consilio dõ est cõsiliario ꝙ satisfaciat
illi principali qui ꝓ eo satisfecit: non autẽ
offenso: quia iam ei ẽ satisfactũ. Secus aũt
fieret in iudicio. hec Inno. ¶ Intelligẽdũ
autẽ ꝙ vno satisfaciente: ceteri non liberã
tur quo ad penam: imo potest ab eis exigi
pena quadrupli. s. in iudicio: vt dictuȝ est
supra de pena raptoris: ⁊ pena vnius nõ li
berat aliũ. 12ª. q. 2ª. cum deuotissimam.
¶ Quid si plures fuerunt raptores quasi
pares: qꝛ nullus aliũ induxit ad eundum:
nec erat alter alterius dñs: ſ quilibȝ ꝓ se
iuit. Rndeo Ray. distinguit. qꝛ aut simul
vadunt: aut non. si sic: quilibȝ tenet̃ insoli
dum. ⁊ hoc intelligit rod. cum vnus sine
alijs non auderet: vel non posset dam-
num inferrẽ. ar. ad hoc ex̃ de homici. sicut
dignũ: al's quilibet tenet̃ tantũ ꝓ illa ꝑte
dãni quã intulit. Si autẽ non iuerũt simul:
ſ quilȝ faciebat separatĩ ꝑ se damnũ: nõ
ꝓuocãs alios ad damnificãdum: quilibȝ
tenetur ꝓ eo qḋ fecit. Uel forte in vtroqȝ
casu tolerari posset ꝙ quilibet de his que
habuit satisfaceret: ⁊ alios ꝓ posse ad satis
faciendum induceret. Sed ꝑmũ dictuȝ ẽ tu
tius ſm Ray. ⁊ hosti. dicunt tamẽ hosti. ⁊
Inno. super. c. sicut dignuȝ. ꝙ in hoc eq̃ua
tio est habẽda: vt qui est magis strenuus:
⁊ qui maiorẽ incussit timorẽ: etiam plus
hostibus teneat̃. Uolunt ẽt ibidẽ ꝙ cũ ali
qui vadunt cuȝ raptoribus vel furib⁹: ⁊
non cooperãtur eis ad aliquod damnum
faciendũ. non videt̃ in aliquo teneri: si ni
hil receperint de rebus ablatis. caueant tñ
conscientie. qꝛ si parati erant eos ꝯ spoliã
dos defẽdere: ⁊ ꝓpter suã ꝑtiã ⁊ sociorũ
suoꝝ non audebãt dãnificãtibus eos resi
stere: non possũt esse liberi a restitutione.

Si ēt aliq vadūt cū eis nō aio obesſēdi: ꝟ defēdēdi:nō excusātur nisi h̄ notificēt adversarijs:qui alias forte res suas defēderē nō audēt.idem.n.est ac si iuuarēt.hoc ſm Inno.⁊ hosti.De hac materia vide.j.ti.de furtis.

S Equit̄ vidē de 8°.ſ. de illis qui nec iuuāt:nec cōsuiut ad rapiēdū3.de raptis tñ accipiūt:⁊ quidē tenent̄ restituē:ſ; diuersis modis. Distinguit.n. Ray.ꝙ qui dono accipiūt ꝑcise tenēt̄ ad restitutōem:qđ ē veꝝ ſm hosti. siue accipiāt sciēter siue ignorāter:si vitatē postea ꝑcipiāt.ff.si cer.pe.l.si ⁊ me ⁊ tiriū.nisi forsā hec cōsūpsisset anq̄ꝫ vitatē intelligerēt.C. de rei ven.certū est.Qui vero edunt bibūt vel in vsus necessarios expendūt:vt vxor ⁊ ceteri de familia tenent̄ de omnibus que sic expendunt:nisi i casu.ſ. cum agūt cōtra spoliatoꝝ monēdo ⁊ inducēdo pro posse raptorē ad restituēdū.tunc.n.nō tenentur etiā si restitutio nō sequat̄. nō tenēt̄ inq̄ꝫ de his que expenderūt ꝑ tēpore quo circa eius emēdatōē3 laborauerūt. nō.n.credit roō.ꝙ vxor ⁊ familia de reb⁹ raptis viuē possint per totū annū ꝓpter vnā āmonitionem:vel ꝓpter duas. vñ satis videt̄ ꝙ religiosi euntes ad raptores vt inducāt eos ad restituēdū3:excusētur si comedāt apō eos:ꝑcipue si cōmode inuenire nō possūt apud alios. ꝓbātur hec ex̄ de accu.ex pte ⁊ est expssū3 li.6°. de sen.ex.cum volūtate .§ ꝑdicatores.⁊ hoc intelligas cum moderamie.ſ.si ꝓbabilit̄ habeat̄ spes de correctōē eius. ⁊ si eti. ꝓpter expensas eoꝝ non subtrahatur raptori restituēdi facultas in toto:vel in magna pte.ar. 2ª.q.6ª. anterioꝝ.§.illđ. ¶ Quid faciet vxor vel familia raptoris si nō habet̄ spes de eius correctōē:vel videt viꝝ ad inopiā vergere:⁊ quasi fieri non soluēdo. R° ſm Ray.distinguo .ꝙ aut ibi sūt aliqua iusta a non iustis distincta:aut nihil est ibi nisi de rapina:aut sunt mixta. In p̊ casu pōt expendē de iustis. In 2° casu nullo mō comedat inde:ſ; aliūde sibi victū ꝑcuret:vel ab amicis vel consanguineis suis: vel laborādo manib⁹ ꝓprijs:vl' alio⁹ hōesto. Distiguit v̊o i h̄ casu Roō.ſ.ꝙ de ipsa re rapta eadē numero nō lic3 aliquid expendē nisi i casu vltime necessitatis.de re v̊o empta de re rapta poterit comedeř etiā sine casu vltime necessitatis:cum ꝓposito restituēdi. vel faciet ſm ꝙ dicet̄ in se.q. In 3° v̊o casu idem dō ē ſ3 ray.qđ dictū est in 2°.ſ. si ita sint mixta ꝙ non possint discerni: vel lic3 possint discerni. vir tamē non ꝑmittit ea3 accipere nisi de rebus raptis. ſm vero roō. in casu q̄ sunt ita mixta iusta cum iniustis ꝙ nō pñt discerni:poterit licite necessaria sumē si vir sit soluēdo. dū tamē hēat in mēte viuē de licite acquisitis.si autē non est soluēdo.ide3 dō est quod dictū est in 2° casu.ſ.quando nihil est ibi nisi de rapina. ¶ Quid faciet vxor vel familia si nihil inueniet nisi de rapina:nunquid morieť fame. R° ꝙ non.ſ; ſ3 ꝙ nōt ray.ſ; ē ei triplex auxiliū.Unū est vt recuperet dotē si potest. pōt.n.recuperari dos eti. constāte matrimonio quādo vir ad iopiā v̄git.C.de iu.do.l.vbi adhuc matrimonio.in fine. 2ᵐ ē ꝙ denūciet amicis eius:vel decano: vel archidiacano:vel ep̄o:vel alijs:qui possint vel velint ꝓdesse qui ꝑsuadeāt ei:vel etiā si ꝓbari pōt compellāt eū vt pascat eā de iusto.2ª.q.i. si peccauerit.⁊ ex̄ de iurur.queādmodū:vl' tradat ei dotem:vel partē dotis:vel cōmittat alicui persone honeste que de honesto lucro ꝓuideat sibi.ex̄ de pig.ex literis. ⁊ de dona.ꝓpť nuptias.⁊ de dote resti. post di. per nostras. 3ᵐ est ꝙ si esset adeo in arto posita ꝙ nec inueniret quid comedēt etiā elymas.nec vlterius sine periculo pati posset necessitatē famis:tunc poss3 etia3 de raptis rebus ipis sumē necessaria sibi:q2 necessitas nō hab3 legē.de cōse.di.i.sicut. quicquid tamen sic expenderit doleat in anio ⁊ ꝓponat firmiter restituere q̄ꝫ cito poterit quicquid inde expenderit. In omni tamē casu predicto tenet̄ vxor viro reddere debitum.⁊ ep̄° nisi subsit aliud impedimētū. .33ª.q.5ª.si dicat. ¶ Recolligendo g̃ breuiter predicta pōt dici ꝙ de bonis vsurariȷ raptoris ⁊ furis eti si nihil habeāt de iusto pōt q̄s licite ꝑcipē in pl'ibus casibus ⁊ p̊mo si cōtra expoliatoꝝ agat.ſ. ꝓcurādo fideliter ꝙ eis restitutio fiat.2° si recōpenset .puta si eis i licitis ⁊ hōestis seruiat. 3° si se recompensatuꝝ ꝓponat:⁊ se habiturū facultatē ad hoc ꝓbabilit̄ credat.4° si necessitas cogat.puta q2 alias non pōt commode hēre vñ viuat. vt accidit pauperib⁹ mendicantibus ⁊ hoc etiā modo excusari possunt filij ⁊ filie existentes i domo patru3:qui alias viuere non possunt.⁊ similiter vxores. 5° si eos tales esse nesciat.

S Equitur videre de 9°.ſ. de illis qui emunt de rebus raptis. Circa qđ

sciēdum ꝙ Ray. distinguit. ꝙ aut raptas esse sciebant: vel ꝓbabiliter credebāt. aut de iusto esse putabant. aut nihil de hoc. scʒ vtrū essent rapte: vel non cogitabāt. In p̄mis duob⁹ casibus subdistingue. quia aut emit quis mala fide. i. cupiditate acquirēdi sibi. aut bona fide voluntate restituēdi domino rei. In p̄mo casu tenet̄ indistincte restituere q̄cquid de illa postea fiat ab eo: vel ab alio. ⁊ est ratio quia cōmittit furtū contrectādo rem alienā inuito domino. ⁊ fur semper est ī mora. vn̄ nec preciū quod dedit ab eo cuius est res repetere poterit: nec expensas si quas ibi fecit. tenet̄ etiam restituē omnē vtilitatē quam ex illa re habuit. non liberat̄ etiā si restituat rem illam deteriorem q̄ȝ ad eum puenit. ⁊ si aliquo tēpore medio fuerit res melior q̄ȝ fuerat tp̄e emptionis. vel etiam q̄ȝ fuerit tēpore quo postea vendidit eam alijs: eius quod plurimi fuerit: estimatō faciēda erit. ff. de fur. q̄uis res furtiua. h̄ intellige qn̄ res nō h̄r: s̄ si res habet̄: credo ꝙ sufficiat ꝙ restituat̄ eque bōa: sicut erat quādo fuit ablata. ⁊ quod dictum est de p̄mo emptore intelligi debet de 2° ⁊ omnibus alijs sequētibus: qui cūȝ mala fide rem illā emūt. s. ꝙ semp tenent̄ restituē rem illā quocūq̄ modo p̄ierit s̄m maiorē estimationē totius tēporis medij. Si tamē raptor plene restituit rei estimationē cum toto interesse: ceteri qui emerūt vel dono acceperūt liberant̄ q̄ȝtum ad restitutōem faciēdā dn̄o rei. Credit tn̄ Ray. ꝙ quicquid inde ex lucro habuerūt. s. an̄ restitutōem factā: siue totū si res fuit sibi gratis data. siue quod superest deducto p̄cio ꝓ re illa dato: si fuit empta debʒ cū cōsilio ecclesie in vsus paupꝝ erogari. Sed hoc facere s̄m hosti. ⁊ Rob. non ē necessarium. s̄ est consiliū. q2 ille penes quē res illa est: iam intelligitur eā ex voluntate domini possidē. s. ex quo sibi satisfactū est plene. ar. ff. de cau. si seruus. §. vlt. ⁊ l. si mācipiū. §. duplo. debet tn̄ quilibet talis agē penitētiā de furto qd̄ cōmisit. 14ª. q. 5ª. qui habens ¶ Sed nunquid satisfaciēs poterit sibi consulē de p̄cio soluto aduersus venditorē. R̄ndet Ray. ꝙ non: nisi quando emit: exp̄sse sibi cautionē fecerit. obstat. n. eius turpitudo. 10. q. 2ª. § hoc ius. in fine. Si vero emit quis rem raptā vel furtiuā bona fide. s. intētione restituēdi domino: potest ab eo repetē illud quod p ipsa re bona fide dedit: ⁊ etiam quicquid ꝓ eius cō-

s̄uatiōe expendit: nisi forte cū re illa aliq̄ lucratus fuisset: de quibus illas expensas recompensare posset. Et breuit̄ quicquid adest sibi ex illa re. vt pensio merces fruct⁹ vel simile tenet̄ restituere. quicquid v̄o sibi abest vt p̄ciū ⁊ expense moderate pōt repetere: vel cum eo qd̄ ex ipsa re sibi aduēit vsq̄ ad quātitatem cōcurrētem cōpensare. Dicit etiā host. ꝙ pōt repetē omnia p̄dicta etiā si res sine sua culpa pereat vel perdatur. ratio est q2 gessit negociū vtiliter dn̄i rei. ꝓbat̄ hoc ex̄ de accu. ex parte. ⁊ li. 6°. de sen. ex. cū voluntate. §. predicatores. s̄ s̄ʒ hosti. licet in iudicio anime ei de sua conscientia credat̄. in iudicio tamē ꝯtētioso ei non crederet̄: nisi publice hoc ꝓclamaret̄. C. de fur. l. 2ª. ⁊ ex̄ de elec. q2 ꝓpt̄. §. finali. ¶ Sed qd̄ si ille q bōa fide emit fecit perq̄ri diligēter cui⁹ res esset: vt ipsam ei restitueret: ⁊ inuenire non potuit. R̄ndeo q̄cqd res illa valet vltra illd̄ quod isti emptori debet̄ cū auctoritate ecclesie in pias cās ꝓ anima ei⁹ cui⁹ res fuit eroget̄. Et cōsulit ray. ꝙ hoc fiat publice. vt omnis suspitio euitet̄. ⁊ sic erit liberat⁹. q2 etiam in h̄ gessit vtilit̄ negociū ei⁹. ar. ad hoc. 12ª. q. 2ª. quatuor. circa fi. Et dicit hosti. ꝙ si pauper esset: possʒ a p̄lato sibi relinq̄: sicut alij pauperi. In alijs aūt casib⁹. s. si sciebant aut credebant esse de iusto qd̄ emebant: vl̄ forte habebāt animū indifferētem. i. super hoc nil cogitantem excusantur: s̄ diuersimode. Nam q sciebant vel ꝓbabilit̄ credebant esse de iusto simplicit̄ non tenent̄ ī aliq̄. s. durāte bona fide. q v̄o tenere credebant vl̄ ignorabant ignorantia crassa ⁊ supina vel ꝓpt̄ fatuam simplicitatem: vl̄ super hoc nil cogitabant: restituere tenentur. Et dicit rob. ꝙ ignorantia dic. t crassa ⁊ supina per similitudinē hominis crassi vel supini: q non videt ea q̄ sūt apud pedes ei⁹ vel ꝓpe. Ad hanc aūt diuersitatem plenius discernendam distingue s̄ʒ ray. cū Aug°. ꝙ raptor aut erat domin⁹: ⁊ tūc tenet̄ illd̄ qd̄ dictū est supra in. q. illa. s. qd̄ de dominis illis q guerram. ⁊c̄. Aut erat s̄bdit⁹: ⁊ tūc distingue. q2 s̄bditus q mouet bellū pro domino sibi mandante. aut scit bellū esse iustum: aut iniustū: aut dubitat. In primo casu non tenet̄ restituere ea que accepit ab hostibus: nisi secundū edictum domini: nec peccat nisi corruptaʒ intentionem habeat. s. per cupiditatē ⁊ odiū vel similia. In 2° vero casu. s. dum scit vl̄

probabiliter credit bellū esse iniustū tene
tur: quia tenet᷑ plus timere deū ꝙ̃ homi-
nē. In 3° non tenet᷑: quia excusatur ꝓpter
bonum obediētie. licz forte peccet domin⁹
ꝯ eum male precipiēdo. 23ª. q. i. quid cul
patur. vn̄ ſm rod. ſi vaſallus ducis vel co
mitis ab eo vocet᷑ ad mouendum bellum
contra hoſtē ſuum: cōtra quē non licz au
ctoritate ꝓpria mouere bellum: excuſatur
ſi dubitet vtrū dominus ei⁹ ſuper hoc au-
ctoritatē habeat a rege: ⁊ ſic de alijs cauſiſ
ex quibus bellū eſt iuſtū vel iniuſtū. ſm
.n. hoſti. talis excuſatur ꝓpter bonū obe
diētie: ſi inquiſiuit quātū potuit: ⁊ peritio
res conſuluit: ⁊ ſemp dubius remāſit. alio
quin affectator ignorātie: ſicut nec expers
ſciētie punietur. c. x̄ de cle. ex ſpon. cum
inhibitio. §. ſi quis vero. nec excuſatur timo
re pdēdi feudū: vel incurrēdi aliquod tē-
porale damnū. 32ª. q. 5ª. ita ne. licet mes⁹
culpam attenuet quo ad penitētiam iniun
gendam circa orationes ⁊ ieiunia. extra
quod me. cau. ſacris. ⁊ cum auctoritas iu-
ris vel iudicis requiratur ad hoc ꝙ bellū
ſit iuſtum dici poteſt ꝙ vbi habet᷑ auctori
tas iudicis: ſi iudex errauerit: ad pugnan
tis tamē conſciētiā ſufficit. Et in hoc caſu
poteſt habere locū dicta diſtinctio in foro
penitētiali: ſecus eſt in contētioſo vbi error
detergeretur tempore ſuo. hec hoſti. ¶ Sz
nunquid ſic excuſantur amici vel cognati
bellantes qui non ſūt eius ſubditi ⁊ mili-
tes extranei ſtipendiarij ſi credant bellum
eſſe iuſtum. Rndeo ſz Rod. non excuſat
eos bonū obediētie ſicut ſubditos: nec cō
mittere ſe debēt diſcrimini: vt iuuēt aliquē
i preiudiciū alterius. i 4ª. q. 5. denicꝫ. Sic
ḡ ꝓcede circa emptorē ſm Ray. ꝙ. ſ. ſi ſcit
venditorem iuſte: ⁊ ex iuſto bello habuiſ-
ſe: licite poteſt emere: nec tenetur reſtituē.
ꝗ vo de iuſto bello eſſe neſciebat: ſed pro-
babiliter credebat: quia omnes eius vici-
ni: vel maior pars: vel ad minus ſapiētes
ita credebant: non tenetur hac bona fide
durante. ſꝫ ſi poſtea ſciat rem de rapina fuiſ
ſe debet reſtituere. ſ. ⁊ rem ⁊ fructus eius
extantes. de conſumptis. n. bona fide non
tenetur. ⁊ ſi per ſentētiam iudicis reſtituit
preciū a venditore etiā inuito ſi vult re-
petere poterit. i2ª. q. 2ª. vulterane. Si vero
ſimpliciter. ſ. ſine auctoritate iudicis: vēdi
tor ſibi tenetur in foro penitentiali ad iter
eſſe. ſed ad hoc iudicio contentioſo non po
terit cogi. ff. de euic. ſi rem. ⁊ e. x̄ de emp. ⁊
ven. ſi venditor. Qui vero emerunt de ra
pina ignoranter ignorantia iuris: que in
tali caſu non excuſat: vel etiā ignorantia
facti craſſa ⁊ ſupina. quia ſcz omnes vici
nos vel pro maiori pte. vl' etiā paucio res:
ſed ſapientiores audierunt dicentes bellū
illud eſſe iniuſtum ⁊ contra deum. vel for-
te quia eccleſia prohibebat: vel excōmuni
cabat publicē auctores ⁊ principes vl' par
ticipes ipſius belli tenentur ad reſtitutio-
nem. i2ª. q. 2ª. qui ⁊ humanis. ⁊ extra de
ordi. ab epo. requiſiuit.

Sequitur videre de decimo. ſcz de
his q i eccleſijs aliquid rapiunt:
vel ipſas eccleſias ledunt. querit᷑
ḡ primo quid de illis qui rapiunt in eccle-
ſijs aut de bonis clericorum: aut eccleſia-
rū que ſūt i terra eius contra quē iuſte ge
ritur bellum: nunquid raptores talium re
ſtituere tenentur. Rndet Rod. ꝙ ſic. niſi
fecerint hoc auctoritate prelati eccleſiaſti-
ci ¶ Quid de illis qui confugiūt ad eccle
ſias iminentibus hoſtibus: ⁊ ibi capiant᷑
ab eis: nunquid eos ibi capientes debent
ipſos dimittere liberos. Rndet Rod. ꝙ
ſic: niſi eccleſiam incaſtellauerint: aut inde
hoſtes impugnauerint: tunc enim cū vio
lent emunitatem eccleſie: non debent emu
nitate eccleſie gaudere. Idē etiam credit
ſi ibi reponant victualia ſua: de quibus in
impugnatione hoſtiū ſuſtentant᷑. ſ. ꝙ ſi ra
piantur ab aduerſarijs iuſte bellantibus
reſtituere non tenentur. ⁊ forte etiā rapi
endo non peccant ¶ Quid de illis qui in-
cendunt eccleſias in bello iuſto: nunquid
tenentur de damno dato. Rndet rod. ꝙ ſi
non ſint incaſtellate: ⁊ hoc ex ꝓpoſito fiat
tenentur. Si autem ſint incaſtellate: aut ſi
non ex ꝓpoſito: ſed a caſu incendantur. dū
. ſ. illi iuſte bellantes operā rei licite pſtāt:
quia ſcz hoſtiū machinas villam vel ca
ſtrū incēdunt: quod alias expugnare cō
mode non poſſunt: non tenent᷑.

Sequit᷑ vidē de vndecimo. ſ. de ali-
quib⁹ ꝑtinentibus ad reſtitutionem
raptorū. ⁊ queruntur plura. ſ. qd
ſi hi⁹ perſone. ſ. que reſtituere tenentur re-
ſtituēdo rem vel eius emendationē: adeo
pauperes remaneant: ꝙ forte cum filijs ⁊
familia non habent aliquid vnde viuant
Rndet ray. ꝙ ſi poteſt ſcire eū vel ei⁹ ſuc
ceſſores cui⁹ res fuit: oſtēdat ei reſtituēdi
volūtatē: ⁊ ſuā neceſſitatē: ⁊ pōt petē qui
tationē vl' dilatōēz. Et ſi illi hn̄t cōtrito: vel

veraciter volenti etiã modicum illud qđ
habz restituere: nisi aliter possit anime sue
consulere: spoliatus totũ vel partem remi
serit: liberatus erit. Si autem quitationez
vel dilationem non possit impetrare: debet
totum suum posse facere. vendendo. s. om
nia bona sua: etiam si oporteat eum et ei⁹
familiam mẽdicare: vt dicit hos. Si vero
non possit scire debet in pias causas illud
cum consilio ecclesie erogare. et potest ei di
latio dari: et pars vel totum remitti: si expe
diat ad necessariam eius sustẽtationem si
cut alterius pauperis fm Ray. et hos. De
hoc etiã vide. j. li. 5° ti. de vsu. ar. 8°. de restit.
vsurar̃. q. quid si is. Quid de illis qui si
vellent superfluas expensas dimittere pos
sent rapta restituere. Quid etiam de illis
qui omnia bona sua resignãt in manu pe
nitẽtiarij promittentes quod tantum facient
damnificatis quod erunt contenti: putantes
hoc de modico se facere posse. qz illi se cre
dũt totũ amisisse. Quid etiã de illis qui non
resignarent in manu penitentiarij: nisi cre
derent eis totũ vel partẽ dari quãdo ne
sciunt cui debet restitui: nunquid tales sũt
in statu salutis. Rndet Hos quod non. opor
tet enim quod fide bona et sine fraude raptor
faciat quicquid potest: vt damnificatis si
nouit eos satisfaciat: et si non nouit paupe
ribus tribuat. aliter absolui non debet a pe
nitentiario si constet sibi de eius ipenitẽtia
vel intentione praua. Non est tamen ne
cesse fm hos. quod fiat hui⁹ resignatio in manu
sic non omnis actus exterioꝛ bona inten-
tione factus est meritoꝛius. sed tantum il
li actus qui sunt de genere bonoꝝ: vel il
li qui de se sunt indifferētes: qui quādoqꝫ
possunt esse meritoꝛij ratione finis itenti.
Unde dicit phs 2º. ethico. ꝙ quedam mox
nominata conuoluta sunt cū malitia. ⁊ p'
subdit. non est igitur circa hoc dirigere: ſꝫ

semper peccare. hec Ric. 2° di. 40ª. q. i. ar. i. c. & Hen. 2°. di. 40. q. i. ar. i. c. Utrum agens tantum mereatur quantum intendit mereri per bonitatem sui actus. Rndeo agentem tantum mereri quantum intendit: dupliciter potest intelligi. Uno modo ita q actus tantum valeat ad meritum quantum agens credit valere ipm. & sic non est verum. Alio modo q quanta est bonitas actus intentionis: tantum actus exterior valeat ad meritum. & hoc est verum. Ipa autem intentio sepe maior est in bonitate in eo qui suum actum non tantum credit valere quam in illo qui suum actum magis credit valere. Si ergo obijciatur glo. super illud Math. 12°. Bonus homo de bono the. &c. que dicit. tantum boni quis facit quantum intendit. dicendum q sic debet intelligi scdm q bonus est actus intendendi: tantum est bonus actus exterior elicitus ex illa intentione. quia per intentionem est bonitas moralis in eo. hec Ric. 2°. di. 40. q. i. ar. 2°. c. ¶ Insuper nota q quantitas intentionis tripliciter potest intendi. Uno modo quantum ad quantitatem vel fervorem affectus intendentis. Et sic quantitas intentionis mensurat meritum. quia ex quanto affectu charitatis opus bonum facis: tantum mereris qr meritum pensatur penes charitatem. Alio modo quantum ad quantitatem operis intenti: & sic non mensurat. qr tunc dives avarus dans denarium: plus mereretur quam liberalis habens charitatem dans centum denarios 3° quantum ad quantitatem finis. sic etiam non mensurat. quia deus est omnium merentium finis ultimus: qui non est aliquando maior aliquando minor. Scdm autem Bon. 2° di. 40. q. i. ar. 2°. c. hec glo. scz quantum qs intendit: tantum facit: est duplex. ex eo q li tantum & quantum possunt esse adverbia vel nomina. si enim sunt adverbia: dicunt quantitatem actus intendendi: & faciendi. & tunc est locutio generaliter vera: sive respectu bonorum: sive malorum. quia quantum actus intendendi est intensior in bonitate vel malitia. tantum operatio exterior est bona vel mala. Omne enim meritum vel demeritum reducitur ad actum voluntatis: licet aliquo modo circumstantie exteriores faciant ad maiorem voluntatis damnationem. Si autem sint nomina dicunt quantitatem ex parte intenti & operati. & tunc non est generaliter vera. quia opus exterius factum non semper commensuratur intento. Sepe enim intendit homo facere bonum magnum: & facit parvum: quia parvam habet charitatem. Est tamen aliquo modo vera in malis. scz intendendo: non diminuendo. & scdm q tantum & quantum dicit quandam comparationem proportionalitatis. non commensurationem equalitatis. unde qui intendit multum peccare: multum peccat qualecunque opus faciat. non tamen qui parum intendit: parum peccat maxime si opus multum deforme fuerit. Ex predictis patet quomodo intelligitur glo. super illud Luc. 12°. Bonus homo de bono the. scz quantum inquit bonum intendis: tantum facis. ¶ Utrum ultra bone intentionis meritum: addat aliquod meritum exterior actus. Rndeo ad presens possumus loqui de merito dupliciter. scz respectu premij substantialis: vel accidentalis. Respectu premij accidentalis: exteriores actus aliquam rationem meriti addunt interiori intentioni. unde glo. super illud ad gal. 6°. Tempore suo metemus. dicit q quantum seminamus in operibus tantum metemus in fructibus. Respectu autem premij substantialis: videtur q actus exteriores non addant aliquam rationem meriti nisi dispositive. scz inquantum elemosyne multiplicant intercessores pro dante. Thob. 12°. Elemosyna a morte liberat. & prover. 13°. Redemptio anime divitis: divitie eius. Et inquantum exteriores actus excitant actum voluntatis interiorem ad bonum. & per consequens valent ad gratie radicationem & conservationem: quibus scz gratie habitui & interioribus actibus eius premium substantiale debetur. hec Ric. 2° di. 40. q. i. ar. 4°. c. De hac materia optime & copiose tractat Bon. in 2°. suo di. 40. q. 2ª in tribus articulis ultimis. ¶ Utrum peccans plus demereatur pro actum voluntatis interiorem inordinatum: & pro actum exteriorem simul quam pro actum interiorem tantum. Rns si voluntatis actus interior sit eque intensus in deordinatione sua sine actu exteriori: sicut cum ipso: non magis demeretur peccans pro utrunque eorum simul quam pro interiorem tantum: quem opere complere non potest. Et hoc dico loquendo de demerito intensive. qr tunc non est maior contemptus in utroque simul quam in interiori per se. Dicunt tamen aliqui q malus actus exterior addit demeritum malo actui interiori respectu alicuius pene accidentalis: saltem loquendo de actu exteriori qui est malus ex genere propter transitum eius super obiectum indebitum. unde in damnatis plus remurmurabit conscientia contra eum qui voluit innocentem occidere & occidit quam contra eum qui voluit innocentem occidere: & non potuit: supposito q fuerit pari mala voluntate

Si autē loquamur de demerito extensiue: plus demeret homo per vtrūq; simul q̄ ꝑ interiorē tātū. q2 pluribus nocet: ⁊ plura mala īfert: ⁊ plus delectat peccātē. ħ Ric. 2° di. 42ª. q. i. ar. 2° c. ¶ Utrū sola intentio recta sine opere exteriori sufficiat ad meritū. Rn̄deo aut homo hab3 facultatē faciendi opus exterius: quod preceptū est: aut non. si sic plena voluntas ponit effectū si assit facultas. al's si non ponit cū possit: non vult plene: ꝟ semiplene. ⁊ pigre sicut piger qui vult ⁊ non vult. Et dicit Gre. in quadā omel. ꝙ nemo de bona voluntate sibi blādiatur: imo de dilectione dei mēs lingua ⁊ manus requiratur. Distingue tamē: q2 aut ei occurrit tēpus ⁊ locus necessario implēdi preceptū. puta quia vlt elymā dare: ⁊ occurret ei aliquis cui vid3 necessitatē extremā ꝓbabiliter īminere: nisi subueniat ei. ⁊ tūc sola intētio non sufficit ad meritū: imo etiā talis trāsgred. r manda tū. Aut non occurrit ei tēpus necessitatis: ꝟ indigētie rationalis vl ꝯgruitatis. ⁊ tunc etiā intētio sola ei non val3 ad meritū. liberat tamē eū a transgressione. q2 ꝑcepta affirmatiua nō obligāt nisi ꝓ tēpore necessitatis. Si autē homo nō habeat facultatē operādi: tunc sola bona intētio sine opere exteriori sufficit ad meritū s̄bale ꝑmy: non autem accidentalis. Deus enim neminem obligat ad impossibile. ⁊ de tali potest intelligi illud Greg. in quadā omel. Non est man⁹ vacua a munere: si cor illius arca repleta fuerit bona volūtate. ħ Ric. 2°. di. 41ª. q. i. ar. i. c. ¶ Utrū ad meritum sufficiat intentio ꝟm habitū. Rn̄deo intētio ꝟm habitū potest ītelligi tripliciť. vno modo ita ꝙ consistat in solo habitu respectu ꝑncipy operationis: ⁊ continuationis eius vsq; in finē. Et hoc nō sufficit ad meritum. quia non est ipius opationis ꝑncipium. Alio modo ita ꝙ illa intētio sit actual' respectu ꝑncipy operationis. non tamē respectu totius cōtinuātionis eius vsq; in finem. Et sic dicūt quidā ꝙ tota opatio est meritoria in v̄tute actus ipius intētionis: per quā3 illa opatio fuit incepta. 3° mō ita ꝙ sit ī actu respectu ꝑncipy opatōis explicite. Ita ꝙ explicite intēdat opatōem incipere ⁊ cōplē. S3 respectu totius ꝯtinuationis nō manet intētio in actu explicite: ꝟ implicite. sicut homo in volēdo quicquid est ad finem actualiter. Implicite tamē vult ipsum finem. ⁊ sic dicunt quidam esse necessariū ad hoc ꝙ tota operatio sit meritoria. ꝙ illa intētio sit in actu explicite vel implicite ꝑ totā opatiōem a ꝑncipio vsq; ad finē. ħ Ric. 2° di. 41ª. q. i ar. 2° c. Scd̄3 autē Bon. ad hoc ꝙ aliqua opatio sit meritoria sufficit relatio eius habitua'is ī deū. Et potest dici hec relatō habitualis dupliciter. vno mō quādo quis opatōe3 aliq̄3 refert ad deū actualiť in ꝑncipio illius operationis: vel etiā alterius: ad quā3 illa cōsequēter se hab3. Si autē opatione3 alteri⁹ generis inciper3: oporteret ꝙ intētōem renouaret: ad hoc ꝙ eēt meritoria. Alio mō diciť hec relatio: siue intentio habitualis quādo nō est ꝑcogitatio in actu de deo. vt cū ex sola ꝯsideratione boni operis: ipsa charitas prōpta: vel aliqua alia virt⁹ charitate informata: ad illud opus inclinat. vt cū vir religiosus obedit ꝑlato sibi precipienti: etiam si nihil cogitet de deo: ꝟ tātū consideret obedientie bonū. ħ Bon.

¶ De vicys ⁊ peccatis in cōmuni. ti. 6°.

D Einde considerādū est de habitibus malis: ħ ē de vicys ⁊ peccatis in cōmuni. ⁊ est habit⁹ ꝓut de eo ħ loquimur: qualitas difficile mobilis. Est autē aliquis habit⁹ bonus: aliquis malus. habitus bon⁹ diciť qui disponit ad actū conuenientem nature: sicut actus v̄tutū humane nature conueniunt. quia sunt ꝟm rationē. Actus v̄o viciorū humane nature discōueniunt. q2 sunt ꝯtra ratōem. Dicēdū autē est ꝑmo ħ de vicys ⁊ peccatis in cōmuni. In sp̄ali v̄o ꝯsiderabiť de eis. s. cum tractabiť de v̄tutibus in sp̄ali. vbi iuxta vnāquāq; virtute3 sp̄alem ageť de sp̄ali vicio sibi opposito. ꝓ eo ꝙ opposita iuxta se posita magis elucescunt. ¶ Circa vitia autē ⁊ peccata ī cōi cōsiderandū ꝑmo de ipis. 2° de subiecto pctī. 3° de cā eius. ¶ Circa ꝑmū ꝑmo vidēdū est quid sit pctm̄. 2° de diuisione pctī. 3° de compatōe pctōrū adinuicē. Quātum ad ꝑmū sciēdū ꝙ ꝟm Aug.ᵐ 22° li. ꝯtra faustū. Pctm̄ ē dictū l' factū l' ꝯcupitū ꝯ legē dei. Et sic hec diffinitō est peccati actualis mortalis. q2 est pctī actualis. diciť ibi ꝙ ē dictū vl' factū vl' ꝯcupitū ꝟm actū triplicis potētie s. interꝑtatiue. opatiue. ⁊ affec. tiue. q2 v̄o ē mortalis dr̄ ibi ꝙ est ꝯtra legē dei pctm̄. n. veniale dr̄ pctm̄ ꝟm rōem ipfectā ⁊ ī ordine ad pctm̄ mortale. nō. n. ē ꝯtra

legem dei . quia venialiter peccans nō fa
cit quod lex prohibet: nec etiā pretermittit
illud: ad quod lex obligat p preceptum. sz
facit preter legem: quia non obseruat mo
duz rationis quem lex intendit. Tenetur
autem ibi si vl' disiunctiue: sed membrū vl
timum itelligitur precise: reliqua vero mi
nime. vnde sensus est q̄ omne peccatū aut
est dictuz: aut concupitū: aut factuz. aut fa
ctum τ concupitum: aut concupitum tan
tuz. Intelligitur autē dicta diffinitio de pec
cato cōmissionis: non de peccato omiss̄ ōis
vel sumitur ibi factum communiter: put ex
tenditur ad operationē: τ ad cessationem
ab opere: s̄m quem modum hō nihil ope
rans requisitus quid faciat. respondet se
quiescere. hec Ric. 2°. di. 35ª. in expositōe
littere. ¶ Potest autem hic queri vtrum
omne peccatum sit voluntarium. Rndeo
q̄ sic. vnde Aug⁹ li. i. retracta. c. 12°. τ li. de
vera religione. peccatuz inquit est adeo vo
luntariuz: q̄ð si non sit voluntarium: non
est peccatum. Nam peccatum originale est
voluntarium voluntate aliena. scz Ade.
peccatum vero actuale mortale: est volun
tarium voluntate ꝓpria. scz peccantis. ve
niale vero quoddam est voluntarium vo
luntate propria: τ simpliciter. vt illud q̄ð
fit ex deliberatione sicut mendacium ioco
sum. Quoddam est voluntarium medio
modo. scz partim volūtate. scz Ade qui il
lud deliberatiue voluit: ex quo corruptō se
cuta est. ex qua in nobis oriuntur motus
inordinati: qui dicuntur esse peccata veni
alia partim voluntate propria. vt illud q̄ð
consurgit ex repugnantia carnis ad spiri
tum: vel corruptionis virium anime. tale
eniz peccatuz τ̄s̄i non sit a voluntate ꝓpria
antecedente. oritur tamē a voluntate cōco
mitante: τ non ꝓhibente. vel nō precauē
te: cum possit precauere: vel prohibere. lz
enim sit status aliquis in quo necesse ē ali
quem in aliquod peccatum determinatum
cadere. potuit tamen illuz statum precaue
re. τ ideo si non p̄cauit: imputatur eius vo
luntati. licz illud tūc prohibere non possit.
Ideo dicit̄ voluntariuz quodāmodo siue
interpretatiue. Et s̄m Augᵐ quodammō
tenet rationez culpe: quodāmodo pene. vn
de dicit q̄ quia homo peccatuz vitare nō
voluit: dum potuit inflictum est ei: vt cum
vult vitare non possit. ¶ Si obijciatur q̄
super illud ꝓuer. 24°. Septies i die cadit
iustus. dicit glo. singulis diebus per neces

sitatē vel fragilitatē carnis: vel volētes vl
inuiti peccamus. dō q̄ ibi dicitur inuitus
aliquis peccare: non per omnimodam vo
lūtatis priuatōem: s̄ per priuatōem volun
tatis plene siue cōplacentie. sepe. n. displi
cet nobis q̄ sic inordinate mouemur. loq
tur etiā de necessitate venialiū generaliter
quantuz ad omnia venialia: nō quātū ad
hoc: vel illud determinate: vel etiā quātū
ad aliquod genus venialis: vt in iuuene
forti qui nō pōt omnino vitare mot⁹ car
nis. licet vitare posset hac hora vel illa. τ
hunc motuz vel illum. hec Bon. in 2° suo
di. 41. q. 2. ar. i. c. Exēpluz huius est i naue
existente in mari perforata in pluribus lo
cis: cuius quidem nauta potest quodlibet
foramen sibi demōstratum obturare: non
omnia simul. τ ideo licz posset prohibere
introitum aque per vnum foramen. nō ta
men oēm aque introituz quia dum vnū
obturat aqua per aliud intrat. Dicit̄ autē
omne peccatuz voluntariuz. q2 causaliter
solus actus volūtatis qui est velle est pctm̄
formalit̄ tamē τ quasi essētialiter ē pecca
tum. nō tantū actus volūtatis: s̄ etiā aliarū
viriuz anime que possunt dicere per habi
ta viciū in se existētē actuz vitiosū. Insifiali
ter vō τ materialit̄ actus organorū: τ act⁹
in materia recepti. vt homicidiū fornica
tio. sunt peccata. Ratio huius est. quia pec
catuz est auersio a deo: τ conuersio inordi
nata ad creaturā. vn̄ Aug⁹ dicit li. de li. ar.
q̄ peccatū ē spreto icōmutabili bono: mu
tabilibus rebus adherere. Non soluz aūt
volūtas: s̄ etiā intellectus p actuz suū: pu
ta discredendo: auertit se a deo: τ cōuertit
se ad creaturā inordinate. sil'r irascibilis τ
cōcupiscibilis. licz s̄m se non auertant se a
deo. q2 dētuz s̄m q̄ sūt vires sēsitiue nō atti
gunt. tamē inquātū a volūtate mouētur. τ
inquātū aliquid ꝯtra dei p̄ceptuz attigūt:
quasi in alio τ p aliud se a deo auertunt. h
Sual'. ¶ Adhuc nō q̄ assignari pōt diffe
rētia inter vitiū. peccatū. culpā. τ demeritū.
licet sepe vnū ꝓ alio sumat̄. vitiū. n. est ca
rētia habitualis dispositōis ꝯuenientis natu
re rei. vnde dicit Aug⁹ 3° de li. ar. q̄ð perfe
cte nature deesse perspexeris: illud voca vi
cium. Peccatū vō est carētia actus debiti:
quo ad peccatū omissionis: vel carētia re
ctitudinis in actu ex eo q̄ declinat a regl'a
sua. Culpa autē est in actu non recto: inq̄ꝑ
tum est in potestate voluntatis. Demeritū
vō ē culpa p ꝯparatōem ad retributōez.

R Equit videre de 2° s. de diuisione pctī. Circa quod ē sciendū q mgr̄ sententiaȝ lib° 2° dis. 42. innuit septē diuisiōes pctī sm eius cōparationē septupli cem. pōt n. cōpari pctm̄ p° ad cām ex q̄ bȝ ortū. & sic diuidit i originale & actuale. 2° ad penā ad quā terminat. & sic diuidit in mortale & veniale. qm̄ n. qs peccādo ab vl timo fine auertit quātū ē ex nā pctī & vita de peccātis irrepabilit labit. qa pncipiū vi te subtrahit. & iō ille dicit peccare morta lit et eīnalit puniēd°. q vo peccat citra auer sionē a deo ex ipsa rōne pctī repabilit deor dinat. qa pncipiū vite saluat. iō dr̄ pecca re venialit. q. a. s nō ita peccat q penā inter minabilē mereat. Un Aug° sup Iob. Cri men est qō dānationē merer. veniale aūt est qō non merer dānationē. crimē noiat pctm̄ mortale. Opponūt igit mortale & veniale sic repabile & irrepabile. H dico p pncipiū itери° nō aūt p cōparationē ad diuinā virtutē. q repare pōt oēm infirmitatē. 3° cō parat pctm̄ ad motiuū. & sic diuidit i pec catuȝ ex amore male inflāmante. & pctm̄ ex timore male humiliāte. q diuisio ponit ab Aug sup illud ps. Incensa igni & suf fossa. vtrūqȝ tn̄ hoȝ reducit ad amorem sui. Iō n. hō vel bona appetit vel mala re fugit qa se diligit. vn̄ dicit Aug° 14° de ci. dei. ca° vlti. q ciuitatem Babylonis facit amor sui vsqȝ in ɔtemptū dei. 4° cōpat ad actū substratuȝ. & sic diuidit in pctm̄ cor dis. oris. & opis. sm Hiero. sup Ecc. 5° cōpa tur ad psonā offensam. & sic ē diuisio pctī i deū in se & in pximū ut hr̄ etiā ab Isid. i li° de sū bo. 6° cōpat ad pceptū cui oppo nit. & sic diuidit in delictū & cōmissū siue in pctm̄ omissiōis & cōmissiōis. pmū est ɔ̄ pceptū affirmatiū. 2m ɔ̄ negatiū. Et ē deli ctū carentia act° debiti. Cōmissū vo est ca rentia boni debiti in aliq actu voluntatis. vn̄ nō oȝ q delictū materialit ɔsistat i ali quo actu. qa non oȝ q carentia act° debiti cōsistat in aliq actu substrato illi carentie. Nec etiā sm Ric. 2. dis. 35. q. i. arti. p. e. deli ctū psupponit necio vel includit aliquem actū tāqȝ sui cām vel occasionē. Sȝ obij cit ɔ̄ h. qa delictū ē pctm̄ actuale. g ɔsistit i aliq actu. Preterea. oē pctm̄ ē volūtariū g ɔsistit in aliq actu voluntatis. R° pctm̄ actuale sm q diuidit ɔ̄ originale. non est tn̄ act° deformatiōis s etiā omissio actus debiti. p tpe q deber. Uolūtariū etiā non tm̄ dr̄ act° voluntatis s etiā illud qō est in potētia nr̄a ut fiat vel non fiat. ex 3° ethi. c. 8° vn̄ ipsū velle dici pōt volūtariū iqтuī ē in ptāte volūtatis velle & nō velle. 7° cō parat pctm̄ ad vitia q̄ oriūt ex ipso. & sic diuidit in septē vitia capitalia. de quib° re quire infra vbi aget de cā pctī sm q vnū pctm̄ ē cā alteri°. ¶ Inueniūt etiā & alie diuisiōes q tn̄ ad has pnt reduci ut illa q̄ diuidit. J. x° ca. In ɔcupiscētiā carnis. cō cupiscentiā oculoȝ. & supbiā vite. reducit ad illā q ē ex pte motiui. Silr illa q̄ Isi. di uidit pctm̄ in pctm̄ ex malitia ex infirmita te & ex pigritia de qb° infra dicet. Illa vo diuisio q̄ Greg°. 3° moral. diuidit pctm̄ i pctā carnalia & spūalia. reducit ad illaȝ q̄ sumit penes act° substratos. Et sm qō di cit i. li. Greg. Septē capitaliū vitioȝ qnqȝ sūt spūalia & duo carnalia. pctā qdē spūa lia dicūt q pficiūt i delectatiōe spūali. car nalia vo q in carnali. ut gula & luxuria. vn̄. 2a Cor. 7° Mūdem° nos ab oi inqna mento carnis & spūs. Silr ad Gal. 5° vbi dr̄. Mānifesta sūt opa carnis &c. Caro sm glo. ibidē sumit p hoie carnalit viuente. & iō illa dicit opa carnis. qa fiūt a carna li hoie. Dicit aūt spālit de luxuria. i. Cor. 6° Qui fornicat in corp° suū peccat. quia etiā i h pctō quedā iniuria fit corpi dū inor dinate maculat. Auaritia vo q cuȝ pctis carnalib° numerat ad Eph. 5° accipit in qtū res in q delectat auar° est corporalis s ipsa delectatio ptinet ad spm̄. & ideo sm Greg. est spūale pctm̄.

S Equit videre de 3° s. de ɔparatione pctōȝ ad inuicē. Circa qō nota q vnū pctm̄ dr̄ mai° vel graui° alio duodeci modis. p° causalitate ut pctm̄ dia boli cui° inuidia mors introiuit i orbeȝ t[illegible]e 2° gnālitate ut pctm̄ Ade qō in oēs hoies se diffudit. 3° enor[illegible]itate ut pctm̄ iude. 4° ingratitudine ut pctm̄ ei° q plura grāruȝ dona recepit. 5° piculositate ut pctm̄ igno rantie. 6° insepabilitate ut auaritia que vi tijs alijs cū hoie ɔsenescētib° sola iuuene scit. 7° importunitate ut supbia q etiā qnqȝ ex bonis opib° ɔsurgit. 8° pnitate ut lu xuria. 9° maiori grē impugnatiōe ut pec catū in spm̄ scm̄. x° offense magnitudine ut idolatria. xi° maiori resistēdi facultate ut pctm̄ Ade. 12° maiori improbitate & li bidine. & sic pctm̄ cuiuslibet gen[illegible]ris fieri pōt altero mai°. Et hi modi ɔsueuerunt a doctorib° assignari ut dicit Bon. 2. dis. 35 q. 2. circa litterā. pōt etiā addi pdictis q

vnū pctm̄ dicit̄ grauiꝰ alio:ceteris pari
bus. Uno mō rōne obi pncipalioris. In-
ueniunt̄ tn̄ ⁊ alij modi. ſ3 iſti ſufficiant ad
pn̄s tanq̄ magis cōſueti gr̄a breuitatis.
Obijcit̄ aūt ꝯ h̄ qḋ dictū eſt in 8ᵒ mō. ſ. ꝙ
luxuria eſt pctm̄ grauiꝰ pnitate. q2 Greg.
dicit i moral. ꝙ pctā carnalia ſūt minoris
culpe q̄ ſpūalia. nō ḡ luxuria eſt grauius
pctm̄ q̄ pctā ſpūalia. Ad h̄ dicēdū. ꝙ ver
bū Gregi. nō d3 intelligi q̄ſi q̄dlibet pctm̄
ſpūale ſit maioris culpe q̄libet pctō carna
li. ſ3 q2 cōſiderata ſola dr̄ia ſpūalitatis ⁊
carnalitatis: grauiora ſūt pctā ſpūalia ce-
teris paribꝰ. cuius rō eſt. q2 q̄to eſt vehe-
mentiꝰ impulſiuū. tanto hō minꝰ peccat.
pctm̄ autē carnale h3 vehemētiꝰ impulſi-
uū. i. ꝯcupiſcentiā carnis nobis innatā. ⁊
ideo in q̄tū hmōi eſt minoris culpe. qḋ aūt p̄
dictū eſt: ꝙ luxuria eſt grauiꝰ pctm̄ pnita
te. intelligit̄ nō ꝙ offenſa ſit grauior. ſ3 q2
ꝑpter maiorē pnitatē: eſt ibi pugna ma-
ior. ⁊ p ꝯn̄s culpa mior vt dictū ē. Qḋ v̄o
dicit̄ 3ᵒ ethiᵉ ꝙ pctā intēperātie ſūt maxi
me exprobrabilia. puta gula ⁊ luxuria. h̄
ꝑ tanto dicit̄. q2 ſūt circa delectatiōes il-
las q̄ ſūt cōes nobis ⁊ brutis. vn̄ q̄dāmō
hō p h̄ pctā reddit̄ brutalis. ⁊ inde eſt ꝙ
ſicut dicit Gregi. ſūt maioris infamie.

¶ In q̄ potētia aīe eſt pctm̄. ti. ſeptimꝰ.

Oſtea cōſiderādū eſt de ſubie-
cto pcti. Circa qḋ ſciendū ꝙ i
pctō tria pn̄t cōſiderari. pmū3
eſt ipſe actꝰ vel omiſſio eiuſde3.
2ᵐ eſt ꝓpius actꝰ vel omiſſiōis deordinatio.
3ᵐ eſt culpabilitatis ipſius deordinatōis
rō. Hic. n. accipimꝰ pctm̄ ꝓ culpa. Q̄tu3
ad pmū hoꝝ triū ille potētie ſūt ſbm pcti.
p q̄s elicit̄ ille actꝰ q eſt pctm̄. Q̄tū ad 2ᵐ
ide3 eſt dicendū. h̄ excepto: ꝙ actꝰ deordi-
natꝰ eſt i illa potētia a q̄ elicit̄ ſicut in ſubie-
cto imediato. ⁊ mediāte ipo actu eſt in po
tentia ſicut in ſbo. Q̄tū ad 3ᵐ omne peccatū
eſt in ſola voluntate. vt in ſbo. Et ſic dicit
Augꝰ. in liᵒ de duabꝰ aiabus. Q2 non niſi
volūtate peccat̄. h3 tn̄ malus actꝰ rōnem
culpe nō in q̄tū eſt in volūtate ſ3 in q̄tū eſt
a volūtate. vn̄ Augꝰ. li. de li. arbi. Culpa ē
malū qḋ facimꝰ. pena v̄o malu3 qḋ pati-
mur. h̄ Ric. 2. di. 41. q. 2. ar. 2ᵒ c. Quid
de inordīato motu ſenſualitatis. nūquid eſt
in ſenſualitate ſicut in ſubiecto. Rꝰ ſenſuali-
tas pōt dupliciter cōſiderari. Unoꝰ ſm ſe
⁊ ſic nō eſt ſbm pcti. q2 ſic eſt cōis nob̄ ⁊
brutis. Alioꝰ in ordinatiōe ad rōnē. ſ. in-
q̄tū eſt a rōne pſuaſibilis. ⁊ ſic pōt eē pec
catū in ea. Sciendū aūt ꝙ inordinatio
ſenſualitatis q̄nq3 eſt ſine omi culpa. cu3
etiā q̄nq3 vitari nō poſſit. vt q̄n volūtas
nō eſt cā illiꝰ deordinatiōis: nec ꝯmittēdo
nec omittēdo: nec antecedēter: nec ꝯcomi
tant̄. Q̄nq3 aūt eſt culpa venialis mālīter
in ſenſualitate. formalit̄ aūt nunq̄. ſ3 i vo
lūtate. Et h̄ eſt q̄n inſurgit inordinatio in
ſenſualitate p negligentiā volūtatis. tūc. n.
imputat̄ volūtati ꝓ culpa veniali. ꝑpter
difficultatē refrenādi ſenſualitatē ⁊ regen
di. Et ſic dicit magr̄ ſen. li. 2ᵒ. diſ. 24. ꝙ ſi
in motu ſenſualitatis tm̄ illecebra pcti tene
atur. veniale ac leuiſſimū pctm̄ eſt. Q̄nq3
etiā inordinatio ſenſualitatis imputat̄ vo-
luntati ꝓ culpa mortali. q̄n. ſ. eſt ꝯ actum
ꝓhibitū. vt inſurgēs ex volūtatis imperio
deliberato. Semꝑ. n. inordinatio volūtatis
in nobis eſt vitiū. ⁊ pctm̄ ſm ꝙ pctm̄ diſ-
tinguit̄ ꝯ culpā ⁊ demeritū. Et ſm h̄ dicit
Augꝰ. li. de li. ar. ſūt q̄dam facta de necita-
te improbāda. vt vult hō facē recte ⁊ nō
pōt. Quō aūt dr̄ant pctm̄ ⁊ culpa. dictū
eſt. ſ. ti. pcedēti in ſi. pmi ar. h̄ Ric. 2. diſ.
24. q. 4. ar. i. c. Unō aliq breuit̄ ſic diſtin-
guūt. ſ. ꝙ motꝰ carnis cōtingē pōt vel ex
calefactiōe corpis ſine aliq̄ appbenſione
mentis. ſicut cōtingit in dormiēdo. ⁊ ſic nō ē
culpa. vel ex appbenſiōe mētis. ⁊ ſic ē cul
pa. h̄ Pe. 2. diſ. 24. q. 4. ar. i. c. ¶ Sciēdū
aūt ꝙ pctm̄ tam ſpūale q̄ carnale pōt eē
in rōne. abſq3 h̄ ꝙ oriat̄ a ſenſualitate. vn̄
Augꝰ. 14. de ci. xi. c. 2. dicit ꝙ q oia aīe ma
la putāt ex corpe accidiſſe: ſūt in errore. h̄
Augꝰ. pōt. n. hō eligē actū gule ⁊ luxurie
nō incitatꝰ aliq̄ paſſiōe. frequēter tn̄ pctā
carnalia oriūt̄ ex ſenſualitate. vn̄ cū Au-
guſtꝰ. i2. de tri. c. i2. in ꝓgreſſu pcti ꝯparat
ſenſualitatē ſerpēti. inferiorē rōnē mulieri
⁊ ſuperiorē rōnē viro. nō loqt̄ niſi de pctō
qḋ orit̄ ex paſſiōe. Illa v̄o glo. q̄ dicit ſup
illud ps. Altaria tua do vir. nulloꝰ oriri
pōt aliq̄ mala ſuaſio in tenuiſſi carnis tue
deſideriū ꝯmouerit. Intelligit de pctō car
nali ⁊ de ſuo mō oriēdi. vt in pluribꝰ. Su-
perior etiā portio rōis pt̄ ſine inferiori pec
care tā mortalit̄ q̄ venialit̄. tā pctō car-
nali q̄ ſpūali. Et ſumit̄ h̄ rō ꝓut ꝯphen-
dit intellectū ⁊ volūtatē. h̄ oia Ric. 2. diſ.
24. q. 4. ar. 2. c. S3 nūqd pōt eſſe pctm̄
mōtale i inferiori portiōe rōis. ſine ꝯſēſu

superiori. R° ꝙ nõ sine cõsensu inquãtum ex
presso vel interp̃tatiuo. vñ Aug. iz. de tri.
c. 7. dicit ꝙ si illecebra pctĩ sola cogitatio
nis delectatiõe teneat: superioris rõis au/
ctoritate cõsilij mẽbra retineant. ⁊ nõ ex
bibeant arma iniqtatis pctõ. sic bñdũ est
vt velut cibũ vetitũ mulier sola ꝯmedat.
Ex his pꝫ ꝙ nunq̃ p solã operatiões por
tiõis inferioris exhibent mẽbra iniqtati
arma pctõ. qd facit qs cũ mortalr̃ pec/
cat. h aũt sic declarat̃ ſm Bon. z. dis. z4.
pte z. q. z. ar. z. c. Pctm̃ mortale dicit deor
dinatiõem a deo. q̃ est cũ cõtemptu ⁊ cõ/
sensu. talis. n. deordinatio est p auersiõem
Et h est ptis superiori. eius. n. est auerti cu
ius est cõuerti. cõsentire võ eius est: cuius
iudicare ⁊ regere. h aũt est ptis etiã supio
ris. Et ideo nõ põt aliqd pctm̃ mortale es
se in nobis qd nõ supiori pti imputet̃. ⁊ i
q̃ ipa nõ deordinet̃. põt tñ inferior portio
sine supiori sicut mulier sine viro: ꝯmedẽ. i.
delectari. Et h patet in ꝓgressu tẽptatõis
⁊ delectatiõis carnalis. qñ incipit a sensua
litate. tũc. n. p̃mo delectabile offert̃ siue per
cipit̃. z° delectatio aduertit̃. ʒ° i id ad qd
delectatio trahit cõsentit̃ vel dissentit̃. De
lectabile pcipere est sensualitati. delectatio/
nẽ aduertẽ est inferioris ptis rõnis q̃ hꝫ
diiudicare interiores mot⁹ qd nõ est ptis
sensitiue. Diffinire aũt an delectatio sit am
plectẽda vel refutãda est supioris portõis
Cõtingit igit̃ delectari ad apphẽsiões de
lectabilis añ auersiõem delectatiõis ⁊ h ẽ
sensualitati ⁊ est pctm̃ veniale. Contingit
iterũ delectari p⁹ aduersiõez delectatõis añ
tñ plenũ cõsensũ deliberatiõis. Et h est in
feriori ptis. Et aliqñ ẽ veniale aliqñ mor/
tale. ⁊ tũc dicit̃ ꝯmedẽ sola mulier. Cõtin
git iterũ delectari p⁹ aduersiõem delectati/
onis ⁊ p⁹ plenũ cõsensũ deliberatiõis. Et
tũc dicit̃ ꝯmedẽ vir ⁊ est pctm̃ mortale i
his pctis q̃z actus est i ꝓhibitiõe. vñ sa/
tis difficile videt̃ discernẽ qñ sit hu⁹ dele/
ctatio mortalis qñ venialis. põt tñ sic dis
cerni. Quia aut illa delectatio statĩ repelli
tur ⁊ tũc est veniale pctm̃ aut retinet̃. ⁊ h
põt ẽẽ triplicit̃. qr aut placet ipa delecta°
⁊ operis cõsũmatio. si. s. facultas adesset.
⁊ tũc ꝯmedit tam vir q̃z mulier. ⁊ tunc ẽ
plenus cõsensus rõis superiori. ⁊ est pctz
mortale. h dico in his generib⁹ pctõꝝ q̃
sũt ex genẽ suo mortalia. Aut placet dele/
ctatio ꝫ displicet pctĩ ꝯsũmatio. ⁊ tunc est
ꝯsensus semiplen⁹. ⁊ tũc dr̃ ſm Bon. ibi/

dem vbi. s. ⁊ Alex. an. z. t. z c. de pctõ cõ/
sensus. ar. z. o. sola mulier mãducasse. ẽ tñ
ibi pctm̃ mortale. qr nõ tm̃ rõ inferior. ſꝫ
etiã superior ꝯsentit i illã delectatõez. Aut
vtrũq̃ displicet. s. ipa interior delectatio ⁊
operis cõsũmat°. Et tũc aut nõ aduertit picu
lũ delectatiõis: nec repellit eã. ⁊ tũc peccat
ꝫ nõ mortalr̃. grauius tñ peccat q̃z si statim
virilit̃ repulisset. Aut piculũ aduertit nec
illã delectatiõem repellit. ꝫ reuolui mentez
in hi⁹ cogitatiõib⁹ sinit. Et tũc ſm mgr̃os
peccat mortalr̃. qr lꝫ ibi non sit cõsensus
expssus: est tñ interp̃tatiu⁹. ⁊ ꝯmedit sola
mulier ſm Bon. ibidẽ. Pctm̃ tñ illud im
putat̃ viro. i. supiori portiõi. qr cũ eã cõ
pescẽ teneret̃ nõ ꝯpescuit. Aliqui tñ ne/
gant i illa cõpescẽdi negligẽtia esse morta/
le pctm̃ q̃z diucunq̃ qs aduertat periculuꝫ.
Quicqd tñ sit de h: via tutior est tenenda
Et si alicui h cõtingat sanũ est cõsilium.
ꝙ de ipo sic de mortali peniteat. Nõ loq/
mur aũt h de delectatõe q̃cũq̃ vt de illa
q̃ qs delectat̃ cogitãdo de pulchritudine
mulieris. ꝫ de illa q̃ ꝯsurgit ex cogitatiõe
carnalis opis. Ex p̃dictis patꝫ. ꝙ mulier
ꝯmedẽ põt sine viro. qr vir dr̃ tm̃ tũc co/
medẽ qñ plen⁹ adest cõsensus. Et tũc di/
cunt̃ arma iniqtatis p̃stari pctõ. qñ tot⁹
hõ ibi incuruat̃ ad pctm̃. siue sit peccatũ
carnis siue spũs. Peccare tñ nõ põt mor
talit̃ sine viro. qr nõ põt ẽẽ pctm̃ sine con
sensu viri vero vel interp̃tatiuo. Pꝫ etiã
ꝙ ꝯsensus in delectatiõe attribuit̃ mulie
ri. qr ẽ ꝯsensus semiplenus. ꝯsensus võ in
op⁹ attribuit̃ viro. qr ẽ ꝯsensus plen⁹. Si
aũt pctm̃ ꝯsisteret in sola delectatiõe tũc cõ
sensus in delectatiõez posset ẽẽ plenarius
ꝯsensus. Nec tũc ẽ supioris ptis tm̃. ꝫ etiã
inferiori. vñ nõ tm̃ dr̃ vir ꝯsentire. qr mo
net exteriora mẽbra. ꝫ qr mouet̃ voluntate
plenaria. Et hãc circũloqt̃ Aug. per h ꝙ
dic viri ꝯmedẽ. cũ iniqtati arma p̃bent̃
pctõ h Bon. z. di z4 par. z. q. z. ar. z. c.
q. p⁹ argumẽta. ¶ Ad h nõ ſm Ric. z°
di. z4. q. 4. ar. 4. c. ꝙ si volũtas tamdiu
moret̃ in ꝯplacẽtia cogitate delectatiõis
inordiate ꝙ eque p illã morositatẽ deor/
dinet̃ ac si statĩ ꝯsensisset i actũ. tũc portio
supior ꝯsentit interp̃tatiue. qr tãta negli/
gẽtia equalet tũc ꝯsensui expsso. si aũt por
tio supior ꝯsentiat ꝙ ꝯpleat̃ i ope inordi
natio cogitata. tũc ꝯsentit expsse. Illa g̃
inordiatio cogitata aut ẽ de gñe suo veni
alis. vt ẽ vbum iocosum ⁊ hu⁹. Et tũc sine

portio supior ꝯsentiat interptatiue siue ex
psse.nō ꝓpter h peccat mortalit. Aut ē de
gn̄e suo mortalis vt ē fornicari.occidere
cā vindicte.⁊ hi⁹.Et tunc siue ꝯsentiat ex
deliberatiōe interptatiue siue expsse ē pccz
mortale.qn̄ talit ⁊ tantū delectat i illa co-
gitatiōe.q aīa tantū deordin.r p illā q̄z-
tum deordinat ꝯsentiēdo ex deliberatione
ꝯ aliqd de diuinis pceptis. Cōplacētia vo
illa anteq̄ rō supior ꝯsentiat expsse vl' in-
terptatiue est pctm̄ inferioris portiōis sm
se ⁊ est veniale.Et qd Augu.iz de tri.c.iz.
vult q si sola mulier.i.portio inferior co-
medat de re illicita.tot⁹ hō dānat. Intelli
git qn̄ mulier ꝯmedit cū ꝯsensu viri inter
ptatiuo.h Ric.ibidē. ¶ Ex pdictis patet
q ꝯsensus in delectatiōem alicui⁹ actus q
ex gn̄e suo sit pctm̄ mortale.ē pctm̄ mor-
tale sm Bon.vbi.s.Et idē etiā vult Ric.l.
z.di.z4.q.4.ar.4.c.⁊ Alex.an.z t.z.c.de
pctō veniali in spāli.q.z.ar.z.c.Tho.aūt
dicit.iª.zª.q.74.ar.8.c.q circa h aliq fuē
diuersimode opinati.Quidā.n.dixerunt
q ꝯsensus in delectatiōem ē tm̄ pctm̄ ve-
niale.Alij vo q est pctm̄ mortale. Et hec
opio vt ipe dicit est cōior ⁊ verior. Con-
cordare aūt volēs dicit. q aliqs cogitās
de fornicatiōe pōt delectari de duob⁹.s.vel
de ipa cogitatiōe.vel de fornicatiōe cogi-
tata. Delectatio aūt de ipa cogitatiōe seq
tur inclinatiōem affect⁹ in ipam cogitati-
onē.q̄ qdem sm se nō est pctm̄ mortale.sz
qnq est tm̄ veniale.vt cū qs inutilit cogi
tat de ea.Qnq aūt sine pctō oīno.vt cum
qs vtilit cogitat de ea.vt cū vult de ea pdi
care vel disputare.Et iō p ꝯn̄s affect⁹ vel
delecta° q̄ est de cogitatiōe fornicatiōis nō
est de genē mortalis pcti.s qnq est venia
le.qnq nullū.vn̄ nec ꝯsensus i talez de-
lectatiōem ē pctm̄ mortale. Et sm h ē ve-
ra opio pma. Qn̄ aūt aliqs cogitās de for
nicatiōe delectet in ipa vel in ipo actu co
gitato.h ꝯtingit ex hoc.q affectio eius ē
inclinata in hūc actū.vn̄ q aliqs ꝯsenti-
at in hi⁹ delectatiōem:h nihil aliud est q̄z
cū ꝯsentire in h.s.q eius affect⁹ sit inclina
tus in fornicatiōem.nullus.n. delectat ni
si in eo qd est ꝯforme eius appetitui.q āt
aliqs deliberate eligit q eius affect⁹ ꝯfor-
met his q̄ sm se sūt pctā mortalia est pec-
catū mortale.vn̄ talis ꝯsensus in delecta
tiōem pcti mortalis est pctm̄ mortale: vt
zª opio ponit.⁊ his ꝯcordat Aug iz. de
tri.dicēs. Tot⁹ hō dānabit nisi h q̄ sine
voluntate operādi.tm̄ cū voluntate talib⁹ ani
mū oblectādi.soli⁹ cogitatiōis sentiūt esse
pctā:p mediatoris grām remittāt.Ex his
pz q Tho.⁊ Bon.in locis supdictis cō-
ueniūt in ꝓposita qōne. ¶ Adhuc cū im
mediate sit dictum.s.de inordinato motu
sensualitatū pōt h queri de pmis motibus
q sūt inordiāti mot⁹ vtrū sint pctā.Ad cu
ius maiorē euidētiā pmo videndū est qd
sit pmus motus Est aūt sz Alex.an.mo
tus sensualitatis sm impulsū fomitis im-
petuose tendēs ad fruitiōem creature dele
ctabilis.p h qd dicit sensualitatis:tangit
sbm in q̄ est pmus mot⁹. Nō tn̄ q sensua
litas mouet aliqn̄ sm regimē rōnis ad su
stentatiōem nāe.⁊ talis mot⁹ nō est inor-
dinat⁹. Aliqn̄ sm impulsū fomit⁹.⁊ ille est
pmus mot⁹ de q̄ nūc loqmur.⁊ est inordi
natus.⁊ ideo addit sm impulsū fomitū.⁊
intellige q sic se hz sensus ad rōnē sm vi
am ꝯgnitiuā.ita se hz sensualitas ad vo-
luntatē sm viā motiuaz. vn̄ sic ꝯgnitio
sm sensū pcedit ꝯgnitiōem sm rōnem.sic
mot⁹ sensualitat est pior motu volūtatis.
⁊ ideo bn̄ dr̄ q pmus motus est mot⁹ sen
sualitatis. Ad qōnē vo ꝓpositā. respōdēt
aliq distinguēdo inter motū pmo pmum
⁊ ille est q pmo insurgit.⁊ non est pctm̄.⁊
inter motū z° pmū q.s.postea p occurrit.
⁊ ille ē pctm̄.qz dz reprimi ex q̄ sentit pmo
pmus. Alij dicūt q oīs mot⁹ pmus ē pec
catū.sz nō dicit pmus mot⁹ q̄ulq volū-
tatē attingit.vn̄ melius posset dici.s. q de-
lectatio inordiata siue libidinosa q̄ pce-
dit a sensualitate inq̄ztū est p pctm̄ origi-
nale corrupta dr̄ pmus mot⁹.⁊ est pctm̄.
qz debēt eē sbdita rōni.⁊ mouet indebito
mō pter rōnez.⁊ attingit aliq mō a rōe
nō faciēte sz pmittēte.vel eius radicē non
ꝯpmēte. ¶ Sed obijcit.qz sup illud ps.
Irascimi ⁊ nolite peccare.dic glo. q pm⁹
motus nō est in ptāte nr̄a.sz nullus pec-
cat in eo qd vitare nō pōt.vt dicit Aug.
li.de cor.⁊ grā.g pmus motus nō ē pccz
Rº q bn̄ est i ptāte nr̄a vitare istū motū
⁊ illū.s nō oēm.nisi eēt grē spālis. Et nō.
q nisi q̄libet vis motiua aīe peccet aliqn̄
sm surreptiōem venialit rōe corruptiōis
pmus tn̄ mot⁹ ꝓprie sm qd de eo hic loq-
mur est tm̄ in sensualitate.sic pz ex dª de-
scriptiōe supdicta.h Alex. an.z.t.z.c. de
pmo motu.q.i.ar.z.o.

De cã pcti ſm ꝙ vnum peccatũ dicitur eſſe cauſa alterius .a.8.



Einde cõſiderandũ eſt de cauſa pcti .ſ. ſm ꝙ vnũ pctm̃ dicitur eẽ cã alterius pcti inquãtum diſponit ⁊ inclinat ad ipm̃. qr vt dicit Aug. Pctm̃ qd̃ p pniam nõ diluit̃ mox ſuo pondere ad aliud trahit. Hu(i)ꝰ aũt ſũt cupiditas: ſupbia: capitalia vitia: ignorãtia: infirmitas: ⁊ malitia. De his igitur videndũ eſt ⁊ pmo de cupiditate. 2º de ſupbia. 3º de vitiis capitaliꝰ. 4º de ignorantia: infirmitate ⁊ malitia. Dicendũ ẽ in quã de oibus pdictis ad pñs put ſunt cauſe alioꝝ pctõꝝ. Circa pmũ igit̃ ſciendũ eſt ꝙ cupiditas vt dr̃ .i. Thi. vlti. eſt radix omniũ maloꝝ. Dr̃ aũt multipliciter ſʒ aliqs. Unoº dr̃ inordinatꝰ appetitꝰ diuitiarũ. ⁊ ſic eſt ſpãle pctm̃. Alioº dr̃ inordinatus appetitꝰ cuiuſlibʒ boni tpalis. ⁊ ſic eſt genus ois pcti. qr in oi pctõ eſt inordinata ꝯuerſio ad ꝯmutabile bonũ vt dictũ eſt .ſ. 3º mõ dr̃ qdam inclinatio nãe corrupte ad bona corruptibilia inordinate appetẽda. ⁊ ſic dicũt aliq cupiditatẽ eẽ radicẽ omniũ pctõꝝ. qr ſicut radix arboris ex terra trahit alimentũ. ſic ex amore rerũ tpaliũ pcedit oẽ pctm̃. H aũt ſũt vã ſʒ Gual. nõ ſm intentiõeʒ apli. q manifeſte loquit̃ ibidẽ de cupiditate. ſm qd̃ ẽ appetitus inordinatꝰ diuitiaꝝ. ⁊ ſm h cupiditas dr̃ radix oiũ pctõꝝ. ad ſilitudinẽ radicis: q pbet toti arbori alimentũ. qr p diuitias põt ꝯmitti qdlibet pctm̃ Eccliaſtes. x. Pecunie obediũt oia. ¶ Sciendũ autẽ ſm Bon. ꝙ radix aliqñ ſumit̃ gnãliſſime ſic dr̃ libido ſiue cupiditas eẽ radix oiũ maloꝝ. qñqꝫ gñalit̃. ſic dr̃ eſſe duplex radix .ſ. amor male accendẽs reſpectu boni. ⁊ timor male humilians reſpectu mali. qñqꝫ minꝰ gñalit̃ ſic dr̃ ꝙ triplex ẽ radix .ſ. ꝯcupiſcẽtia carnis. ꝯcupiſcẽtia oculoꝝ. ⁊ ſupbia vite. p ꝯparationẽ ad triplex bonũ .ſ. inferiꝰ. interiꝰ. ⁊ exteriꝰ.

Equit̃ videẽ de 2º .ſ. de ſupbia vbi ſciendũ ꝙ ipa eſt initiũ ois pcti. vt dr̃ Eccl. x. Dr̃ aũt ſupbia 4ºr modis. Unoº dr̃ ꝯtemptus ſocietatis aliquoꝝ. nõ pter nãm ſ pter vitã vl̃ mores. vñ Hiero. ad Euſtochiũ. Diſce ſcãm ſupbiã. ſcito te illis meliorẽ. 2º dr̃ inordinatꝰ excellẽtie ꝓprie appetitꝰ. ⁊ ſic eſt ſpãle pctm̃. 3º dr̃ actualis ꝯtemptꝰ dei .ſ. nõ velle ſe eſſe ſ(u)bi(e)cto dei. Et ſic eſt gñalis cõditio ois mortalis pcti. 4º dr̃ inclinaꝰ ex corruptiõe ad hꝰ ꝯtemptũ. ⁊ ſic dr̃ initiũ ois pcti. ⁊ differt ſic a cupiditate. qr illa eſt in pctõ ex pte ꝯuerſiõis. ⁊ iõ dr̃ radix pcti. qr ex delectatiõe hita in ꝯuerſiõe ad ꝯmutabile bonũ fouet̃ ⁊ nutrit̃ pctm̃. Supbia vo eſt ex pte auerſionis. ⁊ iõ dr̃ ois pcti initiũ. qr in auerſiõe a deo initiat̃ oñe malũ. Lʒ aũt h ſint vã. qr tñ eccliaſticus ibi loqt̃ de ſupbia 2º mõ dicta. vñ legt̃ ibidẽ. Sedes ducũ ſupboꝝ ſubuertit. põt dici etiã ꝙ ſic eſt initiũ omis pcti. hec Gual. Nõ etiã ꝙ initiũ pcti tripliciter põt ſumi .ſ. aut pot dicit receſſũ a lege maieſtatis. ⁊ ſic dr̃ ſupbia ſiue ꝯtemptꝰ. Aut a lege veritatis. ſic dr̃ error. Aut a lege bonitatis. ſic dr̃ inſipiẽtia qr ꝯriat̃ ſapiẽtie. Et ſic dic̃ Criſo. ſup illud pſ. A facie inſipiẽtie mee. ꝙ initiũ ois pcti eſt inſipiẽtia. hec Bon. 2. di. 42. in fi. expoſitiõis lr̃e.

Equit̃ videẽ de 3º .ſ. de capitalibꝰ vitiis. Circa qd̃ ſciendũ ꝙ h ſũt 7 .ſ. inanis glia. inuidia. ira. accidia ſiue triſticia. qr ſm Dam. liº 2º .c. 13º. accidia eſt triſticia aggrauãs. Auaritia ventris ingluuies ſiue gula ſiue caſtrimergia qſi caſtitatẽ mergẽs. Et luxuria. ⁊ dicant̃ capitalia qr ſicut caput influit motum in alia mẽbra. Ita ipa qdãmõ influunt motũ in alia vitia. dũ .ſ. ducunt ⁊ mouent ad ea. Et h p illa ad q nã hũana eſt prona ex ſui corruptiõe pmaria. ⁊ iõ multiplicant̃ ſm ea. Eis aũt pnitas eſt reſpectu apparẽtis boni. Illud g bonũ aut reſpicit ſpũm ſm ſe. aut ſpũm in carne. Primo mõ põt eẽ qdruplicit̃ ſm 4ºr ꝯditiones. ad qs eſt pnus appetitꝰ nr̃. Appetit n. qs bonũ ſr̃ rõne dignitatis ⁊ h p ſupbiam. vel ſb rõe ꝓprietatis. ⁊ h p inuidiã. vel ſb rõe ſecuritatis. ⁊ h p irã. vel ſb rõe getis ⁊ h p accidiã. Si vo ſit reſpectu boni qd̃ reſpicit ſpm̃ in carne. ſ põt eẽ triplicit̃ ſm tres ꝯditiões ſb qbus ipſe carnalis appetit bonũ. vel ſufficiẽtis. ⁊ ſic ẽ auariꝰ. vl̃ demulcẽtis. ſic ẽ luxuria. vl̃ reficiẽtis. ſic ẽ gula. h Bon. vbi .ſ. q. 2. vl̃ʒ mediũ. Sciẽdũ aũt ꝙ ſm Bon. ibidẽ iuxta pnꝰ. inanis glia vnoº dic̃ appetitũ dignitatis ⁊ excellẽtie. ⁊ ſic ẽ idẽ cũ ſupbia. ⁊ ẽ vitiũ capitale qr animꝰ directe mouet̃ ad dignitateʒ ⁊ excellentiã appetendã. Alio mõ dic̃ appetitũ laudis. ⁊ ſic ẽ filia ſupbie.

SEquit̄ videre de 4°.s. de ignorātia. infirmitate ⁊ malicia. ¶ Circa qđ sciendū q̄ h̄ sūt aliq̄ mō pctā ⁊ q̄dāmō cause pctōꝝ ꝑpter qđ dicit̄ q̄ pctm̄ est triplex.s.pctm̄ ex ignorātia.pctū ex infirmitate.⁊ pctm̄ ex malitia.Est igit̄ ignorātia cā accitalis pcti.sic̄ remotio ꝓhibenti.q: est ꝑuatio scie ꝑficientis rōnē. q̄ ꝓhibet actū pcti inq̄tū dirigit act⁹ humanos.Infirmitas vō h̄ intelligit̄ passio appetit⁹ sensitiui..vn̄ Tullius li° 4° de tuscul.q.passiōes aie vocat egritudines. vn̄ cū dr̄ pctm̄ ex infirmitate:h̄ magis refert̄ ad infirmitatē aie q̄ȝ corpis. Dr̄ tn̄ ⁊ ipa infirmitas aie infirmitas carnis in q̄tum ex ꝯditiōe carnis passiōes aie insurgūt in nobis.eo q̄ appetit⁹ sensitiu⁹ est vtus vtens organo corpali.Dr̄ autē h⁹ passio infirmitas.q: sic̄ infirmitas corpalis impedit corp⁹ hōis in executiōe ꝓprie operatiōis.ita passio aie debilitat.vel impedit aiam in ꝓpria operatiōe.dum.s. appetit⁹ sensitiu⁹ aliq̄ passiōe affectus:ē rebellis ordini rōnis.lȝ enī appetit⁹ sensitiuus inclinet q̄nq̄ volūtatē sine q̄ peccatū nō ꝑficit̄ nō tn̄ necio ⁊ sufficient.q: i potestate volūtatis est cōsentire vel dissentire his ad q̄ īclinat.⁊ iō dr̄ Gen.4°.Sub te erit appetit⁹ tu⁹ et tu dn̄aberis illi⁹. dr̄ igit̄ pctm̄ ex ifirmitate illud pctm̄.ad qđ inclinat appetit⁹ sensitiu⁹ affect⁹ aliq̄ passiōe.Malitia aūt ex q̄ dr̄ qs peccare pōt intelligi malitia hitualis.⁊ sic dr̄ qs peccare ex malitia.q: peccat ex inclinatione hitus.pōt etiā intelligi malitia actualis. siue ipa mali electio dicat̄ malitia.⁊ sic dicit̄ aliqs peccare ex malitia inq̄tū peccat ex electiōe mali.sic etiā malitia dicat̄ aliq̄ ꝑcedens culpa.ex q̄ orit̄ sequēs culpa vt cū aliqs impugnat fraternā grām ex inuidia.⁊ tūc act⁹ interior est cā act⁹ exterioris.Peccat aūt graui⁹ q peccat ex certa malitia ceteris parib⁹.q̄ȝ q peccat ex passiōe.q: ibi mouet̄ volūtas in malū ex se ipa.h̄ aūt ex passiōe q̄si ex q̄dam intrinseco impulsa.Grauius etiā peccat q peccat ex passiōe q̄ȝ q peccat ex ignorātia. quia ignorātia diminuit de rōe volūtarij. non aūt passio.vt dictū fuit.s. ¶ Sciendū est q̄ lȝ oē pctm̄ sit ꝯ totā trinitatē.loquēdo tn̄ approp̄ate:pctm̄ ex infirmitate dicit̄ eē ꝯ prēm.pctm̄ ex ignorātia ꝯ filiū.pctū ex certa malitia ꝯ spm̄ sanctū. Sūt autē 6.pctā ꝓprie in spm̄ sanctū.s.desperat⁹.p̄sūptio.obstinatio.inuidētia f̄ne grē.impugnatio vitatis agnite.⁊ finalis impnia.

¶ De virtutibus in cōi.ti.9.

POstea cōsiderādū est de habitibus bonis.s.de vtutib⁹. Et p̄ in cōi.vbi p̄ dicendū est qđ sit vtus.⁊ in q̄s ptes diuidit̄. 2° de vtutib⁹ moralib⁹ in cōi. ¶ Circa p̄mū sciendū.q̄ vtus est bona q̄litas mentis. q̄ recte viuit̄:quā deus in nob sine nobis operat̄.Et colligit̄ h̄ diffinitio ex verbis Augi.⁊ p̄cipue in 2° de li.ar.⁊ cōuenit tn̄ vtutibus infusis.Si vō auferat̄ h̄ clausula vltima.s.quā deus i nobis sine nobis operat̄.cōuenit etiā vtutib⁹ infusis ⁊ acqsitis.dr̄ aūt vtus bona q: in ea est aliqđ bonū.Et sumit̄ ibi bonū nō ꝓ bono cōi. qđ cōuertit̄ cū ente.⁊ est in plus q̄ȝ q̄litas s ꝓ bono rōnis s̄m qđ dic̄ Diony.4°.c. de diui.no.q̄ bonū aie ē s̄m rōnē esse. ¶ Notandū vō q̄ aliqs male pōt vti vtute sic̄ obo.vt cū male sentit de ea vel odit eā. vel supbit de ea.Nō aūt male pōt vti vtute sic̄ p̄nci⁹ vsus.ita.s. q̄ vtutis actus sit malus. ¶ Diuidit̄ aūt vtus s̄m q̄ de ea nunc intendim⁹ in vtutes morales.⁊ theologicas. q̄ distinguūt̄ ab inuicē p̄ ꝓpter obm̄.q: obm̄ moraliū est obm̄ creatū.obiectū aūt theologicaꝝ est ens increatum. s̄ aliq̄ rōe sb̄ q̄ est sup̄ nr̄am nālēȝ facultatem.Moralib⁹ ordinat̄ hō ad seipm̄ ⁊ ad ꝓximū.Theologicis ad deū. vt videbitur.j.Dicendū est aūt p̄ de moralib⁹:p⁹ea de theologicis.Et sic ꝓcedat̄ gradatī ascēdendo de vtutib⁹ inferiorib⁹ ad vtutes superiores ⁊ digniores.Et de moralib⁹ p̄ in cōi:postea in spāli.

SEquit̄ q̄ videre de 2°.s.de vtutibus moralib⁹ in cōi. Et p̄ de duplici genē ipaꝝ. 2°.de sbo ipaꝝ. 3° de numero. 4° de nominatiōe. ¶ Circa p⁹ sciendū q̄ vtutes morales sūt in duplici genē.q̄dā enī nos ordiant ad ciuitatē supernā s̄m illud Eph.2°.Estis ciues scōꝝ. ordināt inquā:eleuādo ad opa meritoria ciuitatis supne.⁊ he sūt tn̄ a dei grā. ⁊ iō dicūt̄ ⁊ sūt g̃tuite.q̄daȝ vō habilitant ad opa tn̄ moralia.nō aūt ad meritoria. ⁊ ille radicalr sūt a nā.Et sic dicit Dam̄ li.3.c.14.q̄ vtutes sc̄ nāles.Cōpletiue vō sūt ab operū frequētia. vt vult p̄s 2° ethi⁹.c.2.⁊ h̄ mō sūt politice.De moralib⁹

gratuitis tractat ⁊ intēdit theologus. de
politicis phs. Sūt aūt ṽtutes morales ac
qsite ⁊ infuse ſm aliqs diuerse in spē cum
ordinēt ad diuersa. vt visū est. ⁊ hui⁹ snie
fuit Tho. ia 2e. q. 63. ar. 4. c. ⁊ Ric. 3. dis.
33. q. p. ar. 2. c. ſm aliqs vo sūt eedē. vn̄ si
in hoie ꝑexistāt hitus ṽtutū moraliū cū
grām. illi iidem i adueītu grē gratificant
⁊ hui⁹ snie fuit Scot. 3. di. 33. q. i. ar. 5. c.
¶ Circa 2m sciendū ꝙ oēs ṽtutes mora/
les sūt in pte rōnali aie. vt cōprehendit ⁊
intellectū ⁊ volūtatē. h̄ eni vult Augl 12.
de tri. c. 14. Oportet etiā dicē p experiētiaz
aliqs hitus eē in appetitu irascibili ⁊ ꝯcu
piscibili p q̄s facile obediat rōi. q̄s oz dīc
hrē qualēcūqꝫ rōnē ṽtutis. qz dicit phs
3. ethi. c. 8. de fortitudie ⁊ tēprātia ꝙ vi/
dent̄ esse irrōnabiliū partiū. s. irascibilis ⁊
ꝯcupiscibilis. ⁊ h̄ inq̄tū participāt aliq⁰
rōnē. p h̄ ꝙ nate sunt ei obedire. ¶ Circa
3m sciendū ꝙ ṽtutes morales sūt 4or. vt
habet̄ Sap. 8. Per ṽtutes eni morales or
dinat̄ ⁊ regulat̄ hō respectu ꝓximi ⁊ sui.
respectu ꝓximi p iusticiā: respectu sui re/
gulat̄ p prudentiā in actib⁹ rōis. p tempe
rantiā in actib⁹ siue passiōib⁹ ꝯcupiscibil̄
p fortitudinē i actib⁹ siue passiōib⁹ irasci
bilis ¶ Circa 4m sciendū ꝙ p̄dicte ṽtu/
tes dicunt̄ ṽtutes morales. qz habilitāt
ad mores bonos recte rōni ꝯuenientes.
Dicūt̄ etiā cōsuetudiales. qz acqrunt̄ ex
frequēti bn̄ agē. Dicunt̄ politice. qz red/
dūt hoiem bn̄ ordinatū int̄ hoies. a polis
qd̄ est pluralitas. Dicūt̄ etiā p̄ncipales.
qz oēs alie ṽtutes ad has reducūt̄. Di/
cunt̄ cardiales a cardine. qz sic̄ ois mot⁹
hostij est circa cardinē. sic etiaz tota vita
actiua hoīs viuētis ſm rōnē rectaz: circa
has ṽtutes versat̄. Dicūt̄ etiā gn̄ales. s.
ad oēs ṽtutes morales. qz in q̄libet alia
ṽtute morali ē aliq̄ pticipa⁰ alicui⁹ ea₄.

¶ De prudētia ⁊ eius partib⁹ ⁊ vitijs op
positis. titulus. 10.



Einde cōsiderandū est de vna/
quaqꝫ ṽtutū moraliū in spāli.
⁊ p̄ de prudentia. q̄ sicut dicit
Ber. ad Eugeniū. nō tn̄ ē vir
tus s etiā auriga virtutū. 2⁰ de iusticia. 3⁰
de fortitudine. 4⁰ de tēprātia ¶ Dicen/
do aūt de prudētia sil̄ dicem⁹ de vitijs sibi
opposit̄. dicit aūt Augl. 4⁰ ꝯ Julianū. ꝙ
oibus ṽtutib⁹ nō tn̄ sūt vitia manifesta
discretiōe ꝯtraria. vt prudētie temeritas. sed
etiā vicina nō in ṽitate. s q̄dam spē fallēte
silia. vt prudētie astutia. ¶ Circa prudē/
tiā g dicendū ē p̄mo de ipa. 2⁰ de ptib⁹ ei⁹
3⁰ de vitijs. 4⁰ de negligētia q̄ op ponit̄ so
licitudini q̄ ptinet ad prudētiā. 5⁰ de vitijs
q̄ falsā hn̄t silitudinē cū prudētia. ¶ Cir/
ca p̄mū sciendū ꝙ prudētia ſm qd̄ dicit
phs 6⁰ ethi⁹. est recta rō agibiliū. Augu.
aūt dicit li⁰ de morib⁹ eccl. ꝙ prudētia est
amor circa ea qbus adiuuamur ab eis q
bus impedimur sagacit̄ eligēs. s h̄ nō in/
telligit̄ eēntialit̄ s causalit̄. s. inq̄tū amor
mouet ad actū prudētie. Act⁹ aūt prudē
tie ē triplex. s. ꝯsiliari. de cōsiliatis ⁊ inuen
tis iudicare. cōsiliata ⁊ iudicata ad opus
applicari p̄cipere.. Et iste 3⁹ actus est p̄nci
palis actus prudētie. qz alij duo ordināt̄
ad istū. vn̄ phs dic̄ 6⁰ ethi⁹ ꝙ prudētia ē
p̄ceptiua. Illā aūt applicationē facē non
pōt intellect⁹ p prudētiā: nisi mot⁹ a volū
tate recta. vn̄ h̄ applica⁰ est ip̄ius recte vo
lūtatis vt mouētis. Et est rōis p prudenti
am: vt formātis intellectualit̄ p̄ceptū de
faciēdo applicationē p̄dictā. vn̄ qz p̄cipu
us act⁹ prudētie ē circa agēda: de p̄cōsilia
tis ⁊ iudicatis p̄cipe. iō ad eā ꝓprie ptinet
solicitudo. qz vt dic̄ ysid. ethi. Solicitus
dr̄ q̄si solers cit⁹. s. inq̄tū aliqs ex q̄dā ai
solertia ē velox ad ꝓsequēdū ea q̄ sūt agē
da. vn̄ phs 6⁰ ethi. dic̄ Optet opari velo/
cit̄ ꝯsiliata. cōsiliari aūt tarde. Est āt pru
dētia ḡtuita i oibus hn̄tib⁹ grām. qz qui
cūqꝫ hz grām: hz charitatē. ⁊ p ꝯn̄s oēs
alias ṽtutes ꝓpt̄ ꝯnexionē ea₄. Dic̄ etiā
Greg. 2. moral. ꝙ cete ṽtutes nisi ea q̄ ap
petūt prudēter agāt ṽtutes eē nō pn̄t. ¶
Notādū tn̄ ꝙ duplex ē industria vna q̄
ē sufficiēs ad ea q̄ sūt de nc̄citate salutis. ⁊
h̄ ē in oib⁹ grām hn̄tib⁹. ⁊ etiā in indigēti
bus regi ꝯsilio alieno. q saltē sciūt h̄ ꝯsulē
sibi vt aliqs ꝯsulāt. ⁊ bona cōsilia a mal̄
discernāt. Est etiā i pueris baptizetī ſm
hitum. s nō ſm actū. Alia ē industria ple
nior. p quā aliqs sibi ⁊ alijs scit ꝓuidere
nō tn̄ de necessarijs ad salutē: s etiā de q/
buscūqꝫ ad hūanā vitā ptinētib⁹. Et hoc
nō est i oibus hn̄tib⁹ grām. In pctōribus
aūt nō est ṽa ⁊ pfecta prudētia q̄. s. ad bo
nū finē tot⁹ recte vite ꝯsiliat̄ iudicat ⁊ p̄
cipit q̄ sola dr̄ prudētia simplicit̄ ⁊ siq̄ in
eis eē videat̄ prudētia vel falsa vel saltē
est impfecta. vn̄ phs dic̄ 6⁰ ethi. Impossi
bile ē prudētē eē ⁊ nō entē bonū.

Circa 2ᵐ sciẽdũ ꝙ ptes prudẽtie ponit tres Tulli⁹ in rhet'o. sua. s. memoriã. intelligẽtiã. ⁊ ꝓuidẽtiã Macrobi⁹ aũt ſm sniam Plotini attribuit prudẽtie. 6. ptes. s. rõnẽ. intellectũ. circũſpectiõem. ꝓuidentiã. docilitatẽ. ⁊ cautionẽ. Arl. aũt 6ᵒ ethi. dicit ad prudentiã ꝑtinẽ eubuliã. ſyneſim ⁊ gnomin. facit etiã mentiõem circa prudentiã de eudoxia ſiue cuſtochia. ſolertia. ſenſu. ĩtellectu Quidã aũt phs grec⁹ dicit ꝙ ad prudentiã ptinent. 10. s. eubulia. ſolertia. ꝓuiden⁹ regnatia. militari. politica. iconomica. rhetorica. phyca. ſed ille tres vltime ſũt ptes prudẽtie ſumẽdo ꝓprie prudentiã ꝓ ſciã. vñ de eis nihil ad pñs. Predictaꝝ ãt vtutũ q̃dam ſũt ptes q̃ſi integrales prudẽtie q̃dam ſũt ptes ſbiectiue. q̃dam ſũt ptes potentiales. Illa dicunť eẽ q̃i ptes integrales alicui⁹ vtutis. q̃ oꝫ cõcurrẽ ad pfectũ actũ ei⁹. Et tales ptes prudẽtie ſũt. 8. q̃ꝝ. 5 ptinent ad eã ſm qð eſt ꝯgnitiua. ⁊ tres ſm qð eſt p̃ceptiua. Circa võ ꝯgnitiõem ꝯſiderant tria. p̃ ipa ꝯgnitio q̃ ſi ſit p̃teritoꝝ ẽ memoria. ſi pñtiũ eſt intellect⁹. ſiue intelligẽtia ſiue ſenſus. q2 ſenſus prudẽtie quẽ ponit phs 6ᵒ ethi. idẽ eſt cũ intellectu vñ dicit ibidẽ. Hoꝝ igiť hr̃e oꝫ intellectũ h̃ oĩno eſt ſenſus. 2ᵒ ꝯgnitiõis acq̃ſitio. q̃ ſi fiat p diſciplinã dr̃ docilitas. ſi per inuentiõem dr̃ cuſtochia ab eu qð ẽ bonũ ⁊ ſtochos qð eſt ꝯiecturatio. q̃i bona cõiecturatio. bi⁹ aũt ps vt dr̃ 6ᵒ ethi. ẽ ſolertia q̃ eſt vña medij cõiecturatio vt dr̃. p̃mo poſteri.. 3ᵒ vſus ꝯgnitiõis. s. ſm ꝙ ex cognitis aliq̃s ꝓcedit ad alia ꝯgnoſcenda. ⁊ h̃ ptinet ad rõnẽ. Rõ aũt ad h̃ ꝙ recte p̃cipiat: tria oꝫ hr̃e. p̃ vt ordinet aliq̃d accomodũ ad finẽ. qð ptinet ad ꝓuidentiã 2ᵒ vt attẽdat circũſtãtias negocij. qð ptinet ad circũſpectionẽ. 3ᵒ vt vitet impedimẽta: qð ptinet ad cautiõem. Ille võ dicunť ptes ſbiectiue alicui⁹ vtutis q̃ ſũt ei⁹ ſpẽs diuerſe. Et ſic ptes prudẽť ſũt. 5. s. monaſtica p quã q̃s regit ſeipm̃. yconomica p quã q̃s regit vnã domũ vel familiã. Militari. p quã q̃s regit exercitũ. Politica architectonica ſiue regnatiua vł legiſpoſitiua. p quã q̃s regit ciuitatẽ vł regnũ politica. s. ſimpliciť dicta. ſbditoꝝ p quã bñ ſe hñt ad cõſeruatiõem politie bñ ordinate. De aũt prudẽtie dr̃nt ſpẽ ſꝫ ſniaꝫ phi 6ᵒ ethi. c. 5. ⁊. 3. poli. c. 2. Partes autẽ potẽtiales alicui⁹ vtutis dicũť vtutes adiũcte q̃ ordinãť ad aliq̃s ſecũdarios act⁹ vel mãs q̃i nõ hñtes totã potẽtiã p̃ncipalis vtutis. Et ſm h̃ ponũť ptes prudẽtie. Eubulia q̃. s. eſt bñ ꝯſiliatiua. Syneſis q̃ eſt de inuẽtis p cõſiliũ bñ iudicatiua ſm ea q̃ cõiter accidũt. Et gnomin q̃. s. eſt bñ iudicatiua eoꝝ in q̃bus oꝫ aliq̃ñ a cõi lege recedẽ. Prudẽtia võ eſt circa p̃ncipalem actũm q̃ eſt p̃cipere.

impotentiam credendi. quia si faciat quod
in se est deus illuminabit eum per occultam
inspirationem. aut per angelum. aut per ho/
minem. Videt tame per Augusti. li° de que
stionibus novi et veteris testamenti. quod si no
fuerit a quo didicerit. nec ad eum rumor
doctrine fidei pervenerit immunis erit. Sed
hoc intelligi debet de doctrina exteriori vel
interiori. oportet autem quod faciat qd in se est.
scilz vtendo ratione per quam comprehen/
dere potest deum esse et dei adiutorium invo
care. Dicit enim Beda. quod quilibz intellige
re potest esse deum et iudicium eius venturum
De incarnatione autem si faciat qd in
se est vocabit interius. et si non exterius.
¶ Sed nunquid etiam ante adventuz xpi
necessarium fuit ad salutem credere media
torem. Rndeo quod sic. vnde Augusti. in
ench. ca° penult. Nec quicumque antiquorum
iustorum potuit preter Christi fidem invenire
salutem. hec Augusti. cum enim gratia et ve
ritas per Iesum xpum sit facta. et libera/
tio a peccato a deo sit per Christi merita. et
hec non extendant se nisi ad eos qui fiut
eius membra et ei copulant per fidem. im
possibile fuit vnquam aliquem salvari post la
psum nisi aliquo modo scilz explicite vel
implicite crederet in Christum. vel ipse pro
se si esset adultus. vel alius pro eo si esset
parvulus. vt enim habet ex verbis Aug
li° i. de sacramenti. parte. 10. ca° 5°. Semp
in ecclia dei fuit p⁹ lapsum fides incarnationis

⁊ passiõis Christi que etiã in sacrificijs illius tẽporis significabatur. Et ad hanc fidem explicite habẽdam tenebantur maiores: quibus hoc fuit diuinitus reuelatum. Alij autẽ tenebantur habere fidem illã saltem implicitã in hoc ꝙ tenebantur maioribus assentire. Et tanto ꝑtinentia ad Christi mysteriũ distinctius ꝯgnouerunt: quãto Christo ꝓpinquiores fuerũt. hec omia ex sententia Hugl. ¶ Sed obijcitur. quia multi gentiles adepti sunt salutem p mysteriũ angelorũ: vt dicit Diony. ca. 9. ecclia^ce ierarchi. ⁊ tamẽ fidem non habuerũt de Christo. vt videtur. quia eis nulla reuelatio fuit facta. ergo ⁊c. Respondeo. imo multis fuit reuelatio facta de Christo. vt patet per ea que de xp̃o ꝑdixerunt. Nam Job. 19° dicitur. Scio ꝙ redemptor meus viuit ⁊c. Sibilla etiam q̃dam de xp̃o ꝑdixit. vt Augusti. dicit. Inuenitur etiã in historijs Romanorũ ꝙ inuentum fuit q̃ddam sepulchrũ in quo iacebat homo laminã auream habens in pectore: in qua scriptũ erat Christus nascetur de virgine: ⁊ credo in eũ Si q̃ tamẽ saluati fuerũt quibus non fuit reuelatio facta: non fuerũt sine fide mediatoris saluati. quia habuerũt implicitã fidem in diuina ꝓuidentia: credentes deũ esse mediatorẽ ⁊ liberatorẽ hominũ ẽm modũ sibi placitũ: ⁊ aliq̃bus ab eo reuelatum ẽm illud Job. 35° Qui nos docet super iumẽta terre. ẽm Tho. 2^a 2^e. q. 2. arti. 7. c. 3^m. ¶ Restat nunc videre de actu fidei exteriori: qui est cõfessio. Circa quod sciẽdum ꝙ cõfiteri non semp vel vbiq̃ est de necessitate salutis. sed aliquo tẽpore ⁊ loco. vt quãdo per omissiõem huius cõfessiõis subtrahitur honor debitus deo: ⁊ vtilitas impendẽda ꝓximo. vt si quis interrogatus de fide taceret. ⁊ ex hoc crederetur vel ꝙ non haberet fidem. vel ꝙ fides nõ esset vera. vel alij ꝓpter taciturnitatẽ eius: a fide recederẽt. Ideo dicitur ad Ro. 10. Ore autem cõfessio fit ad salutem. Sed quid si turbarentur infideles de manifesta cõfessiõe fidei. Respondet Tho. vbi. s. q̃stiuncula 2. ar. 2. c. ⁊ c. 3^m. ꝙ in tali casu non est laudabile sine vtilitate fidei siue fidelium: fidem publice cõfiteri. vnde Dñs Math. 7° dicit. Nolite sanctũ dare canibus. nec margaritas ꝓijcere ante porcos: ne ꝯuersi dirũpant vos. Sed si q̃ vtilitas fidei speraretur: aut necessitas assit cõtẽpta infidelium ꝑturbatiõe debet homo fidem publice cõfiteri. vnde Math. 15° cum discipuli dixissent dño ꝙ pharisei audito eius verbo scandalizati sũt. Dñs respõdit. Sinite illos. s. turbari ceci sunt: ⁊ duces cecorũ.

Sequitur videre de 4°. s. de subiecto fidei. Est autem fid. s in intellectu tanq̃ in subiecto. Et ẽm aliq̃s est principali⁹ in intellectu speculatiuo. ẽm v̇o alios est ꝑncipalius in intellectu practico. sed hoc relinquo inuestigatiõi maiorũ. Querẽda autem sunt alia plura. scz vtrũ fides sit in intellectu diabolico. Respondet Richar. 3. di. 23. q. 6. arti. 2. o. ꝙ fides potest sumi tripliciter. Uno mõ ꝓ q̃dã credulitate exorta per euidẽtiam signorũ. 2° ꝓ habitu infuso determinãte intellectum: ad actum credendi informem. 3° ꝓ fide formata. Primo mõ fides est in diabolo videt eni talia signa testificãtia veritatẽ. quam sancta ecclia credit. q̃re velit nolit credit esse verũ quod ecclia credit. Illã tamẽ veritatem non videt. ⁊ sic dicit Jacobus. i. Demones credũt ⁊ cõtremiscũt Loquẽdo v̇o de fide 2° modo ⁊ 3°: fides nunq̃ fuit: nec est in diabolo. nec ante lapsum. quia nõ infunditur sine gratia: quã illi nunq̃ habuerũt. nec post lapsũ est eis infusa: quia digni non sunt. ¶ Utrũ i eo qui discredit vnum articulum fidei possit esse fides informis de alijs articulis. Respondeo ꝙ nõ. Spẽs enim cuiuslibz habitus dependet ex formali rõne obiecti qua sublata: species habitus manere nõ potest Formale autẽ obiectũ fidei est veritas ꝑma ẽm ꝙ manifestatur in scriptura sacra ⁊ ecclie doctrina. vnde quicũq̃ non inheret sicut infallibili ⁊ diuine regule: doctrine ecclie que ꝓcedit ex veritate ꝑma i scriptura sacra manifestata: non habet fidei habitũ. sed ea que sunt fidei tenet aliter q̃ per fidem. Manifestũ autẽ est ꝙ inherens doctrine ecclie tanq̃ infallibili regule assentit omib⁹ que ecclia docet. al's vero si ipsoꝝ aliqua tenet: aliqua non: iam non inheret doctrine ecclie sicut infallibili regule: sed voluntati ꝓprie. ⁊ sic patet ꝙ hereticus qui ꝑtinaciter discredit articulum vnum: nõ est paratus ecclie doctrinã in omibus sequi. si enim non ꝑtinaciter: nõ est hereticus: sed tñ errans. vnde patz ꝙ talis hereticus non habet de alijs articulis fidem: sed quãdam opionem ẽz ꝓpriã

voluntatem. hec Tho. 2ª 2ª. q. 5. arti. 2. c

¶ Utrū apli instante passiōe Christi habuerūt fidem. ¶ Rndeo q inter apostolos qdam oīno perdiderūt fidem. vt Judas. vn̄ sup illud Jsa. 5º. Ue q trahitis iniqtatem funicul. dicit glo. q Judas se suspendit: putans nihil esse post mortem. qdam vero pdiderunt fidem tm̄: quātū ad formam charitatis vel grē. ⁊ non q̄tum ad certitudinem cognitionis. vt Petrus. Et sic intelligit illud Ambr. Fidelior factus est Petrus. postq̄ se fidem pdidisse fleuit atq ideo maiorem grām reperit q̄ amisit. qdam vero pdiderunt fidem: quātum ad vtrūqz. quia dubitauerūt vt Math. vlti. Uidentes autē adorauerūt. qdam autem dubitauerūt. ¶ Utrū Johannes baptista dubitauerit de aliquo fidei articulo cuz dixit Math. ii. Tu es qui venturus es ⁊c. Rndeo q ipse de Christo non dubitauit qn esset homo ⁊ deus. cum dixit Jo. i. Ego vidi: ⁊ testimoniū phibui. quia hic est filius dei. Nec qn esset passurus p genere humano. cum de eo dixerit. Ecce agnus dei. ecce qui tollit peccata mundi. Sed vt qdam dicunt: nesciebat vtrū esset ad inferos in ppria psona descensurus. lz bene crederet virtutem passiōis eius pertingere vsq ad amicos eius qui erant i limbo: cum scriptum sciret Zach. 9. Tu q̄z in sanguine testamēti tui eduxisti vinctos de lacu in quo non erat aqua. Cui sententie videt Greg. cōsentire in q̄dam omel. super illud Math. ii. Tu es qui venturus es. Et sic oportet dicere q beatus Johannes non tenebat explicite credere Christū ad inferos in psona ppria descensurū. qbusdam vō hoc dicere non placet: cū n Christi descensus ad inferos sit vnus de articulis. ⁊ vīsimile sit q beato Johanni reuelatus fuit: cum Christus de eo dicat. Inter natos mulierū non surrexit maior Johāne baptista. Et ideo vbum Grege. exponūt q dubitauit. i. per modū dubitātis se habuit. s. ratiōe interrogatiōis. Uel distinguūt: q multiplex est dubitatio. vna infidelitatis que fuit in iudeis. Alia tarditatis que fuit in duob discipulis euntibus in Emaus. Tertia puitatis fidei q̄ quis non tm̄ cōfidit sicut oportet. ⁊ hec dicit dubitatio pusillanimitatī. Math. 14. Modice fidei quare dubitasti. Et ille due fuerunt in qbusdam discipul. Quarta est pietatis ⁊ admirat o. s. ⁊ hec fuit in Johāne. ⁊ huiusmōi sententie fuit Ambr. sup Luc. dicens. q non quesiuit ex dubitatiōe: vel ignorantia. sed ex pietate. Et dicit Hiero. q si Johānes dubitasset nunq̄ Christus eum coram plebe tot laudib extulisset. Criso. autē super Math. omel. 35. dicit q non quesiuit: quia ignoraret sed vt per xpm eius discipulis satisfieret. vnd xpus ad beati Johānis intentiōem ⁊ discipuloꝝ instructiōem respiciēs: eis respōdit ostendens operū signa.

¶ De infidelitate ⁊ infidelib cōiter. ti. 56

Postea cōsiderādum est de vitijs oppositis fidei. Et primo de infidelitate que opponit fidei quātum ad actum credendi. 2º de blasphemia que opponit fidei quātum ad actum cōfitendi. Circa primū pmo dicēdum est de infidelitate in cōi 2º de sarracenis: ⁊ iudeis. 3º de hereticis. 4º de apostatis. Circa pmum. pmo de infidelitatis peccato. ¶ 2º de eius spēbus. 3º quomō xpiani se debent ad infideles habere. ¶ Circa pmum sciēdum q infidelitas dupliciter potest sumi. Uno mō sm puram negatiōem. vt. s. quis dicat infidelis ex hoc tm̄ q non hz fidem vt illi q nihil audiuerūt de fide. ⁊ hoc modo infidelitas non habet ratiōez peccati: sed magis pene. quia talis ignorātia diuinoꝝ est cōsecuta ex peccato pmi parenti. ⁊ tales non damnant pter peccatū infidelitatis sed pter alia peccata: que sine fide remitti non possunt. vnde Jo. 25. Si venissez ⁊ locutus eis non fuissem: peccatū non haberent. quod Augu. exponit de peccato q̄ non crediderūt in Christū. Alio mō pōt infidelitas sumi sm cōtrarietatē ad fidē. s. inq̄stum ei repugnat ⁊ cōtemnit cuz audit. sm illud Jsa. 50. Dn̄e quis credit auditui nostro Et in hoc ppie rō infidelitatis cōplet ⁊ orit ex supbia: ex qua cōtingit q homo suū intellectum non vult subijcere fidei ⁊ sane doctrine patrū. vn̄ Gregori. 31. moral. dicit q ex inani gloria psumptiōes oriunt nouitatū. lz dici possit q sicut virtutes theologice non reducūt ad cardinales. ita nec vitia eis opposita reducunt ad vitia capitalia. ⁊ hoc 2º modo infidelitas est peccatum. Et cum p eaz

homo maxime elongef: quia non tñ q
ad affectiõem: sed etiã quo ad ꝯgnitio-
nem est maius omnibus peccatis que cõ
tingunt in puersitate mozũ. secus est de
peccatis que opponunt alijs virtutib⁹
theologicis. vt. j. dicetur. vnde August.
super illud Jo. Si non venissem: ⁊ locu
tus ⁊c. magnũ inquit peccatum quod
sub nomine generali vult intelligi: quod
scilꝫ est infidelitas. Sicut autem habef
6. q. i. quero ergo. ⁊. §. verũ. hec Augu.
ꝑpitare noluit sententiam de catholico
malo ⁊ heretico: al's non peccante: quis
esset prioꝛ. quia ⁊ si peccatũ heretici sit
grauius ex genẽ: potest tamẽ ex aliqua
circũstantia alleuiari. ⁊ ecõuerso pecca-
tum catholici ex aliqua circũstantia ag
grauari: lꝫ etiam infidelis ꝓ peccato in
fidelitatis grauius puniaf q̃ alius pec-
catoꝛ ꝓ quocũq; alio peccato: cõsidera
to genere peccati. ꝓ alio tamẽ peccato:
vt ꝓ adulterio: ceteris parib⁹ grauı⁹ pu
niet fidelis q̃ infidelis. tum ꝓpter noti
ciaꝫ veritatis ex fidẽ. tum ꝓpter fidei sa
cramenta: quib⁹ est ipse imbutus. quib⁹
peccando cõtumeliam facit. ¶ Sed nũ
quid infidelis facere põt aliquod bonũ
opus. Rñdeo ꝙ sic. s. illud ad qd̃ facien
dum sufficit nã. s. opus de genere bono-
rũ. non autem potest facere illud ad qd̃
requirif grã. scꝫ opus meritoriũ. Nec
obstat glo. que super illud Ro. 14. Omne
quod non ex fide est: peccatũ est. dicit ꝙ
omis vita infidelium peccatũ est. quia ꝑ
hoc nõ intelligif ꝙ in omi opere suo pec
cent: sed ꝙ peccant quãdocũq; ex infi-
delitate opus aliquod operanf. vñ sub
dif ibidem ꝙ omis infidelif viuens vł
agens vehementer peccat. vel etiam intel-
ligi potest illa glo. quia vita infideliũ nõ
potest esse sine peccato: cum sine fide nõ
tollanf peccata. ¶ De Coꝛnelio võ de
quo in actibus aploꝝ habef. nota ꝛm
Tho. 2ᵃ 2ᵉ. q. io. ar. 4. ꝙ non erat infi-
delis: alioqn eius opera non fuissent deo
accepta: cui sine fide nullus placere po
test. habebat autẽ implicitam fidem: nõ
dum manifestata fidei euangelij verita
te. vnde Petrus ad eum mittif plenius
instruendum.

SEquif videre de 2ᵒ. s. de speciebus
infidelitatis. Circa quod sciẽn-
dum ꝙ si infidelitas attendaf
ꝛm cõparatiõem ad fidem. spẽs infide
litatis sunt diuerse ⁊ numero determina-
te. s. tres. peccatũ enim infidelitatis cõsi-
stit in renitendo fidei. ⁊ hoc vel fidei nõ
dum suscepte. vt in gentilib⁹ siue paga-
nis. vel fidei suscepte. ⁊ hoc vel suscepte
in figura: vt in iudeis. vel suscepte i ma-
nifestatiõe veritatis. vt in hereticis. Si
võ species infidelitatis distinguãf ꝛꝫ er
roꝛem in diuersis que pertinent ad fidẽ
sic non sunt determiate. quia erroꝛes in
infinitum multiplicari possũt. vt pꝫ ꝑ
Augustũ. li. de heresib⁹. Predictarũ aũt
trium specierũ infidelitatis simplicif est
pessima: infidelitas hereticoꝛũ. tum quia
magis fidei resistit. tum quia grauı⁹ pec
cat qui non implet quod ꝓmisit: q̃ qui
non implet quod nõ ꝓmisit. hinc dicif
2. Pe. 2. Melius erat illis non ꝯgnosce
re viam iusticie q̃ post ꝯgnitam retroꝛ-
sum cõuerti.

SEquif videre de 3. scilꝫ quomõ
xp̃iani se debent ad infideles ha
bere. vbi videnda sunt q̃nq;. scꝫ
vtrũ cum infidelib⁹ sit publice disputã-
dum. vtrũ infideles sint cogendi ad fi-
dem. vtrũ cuꝫ eis possit ꝯmunicari. vtꝝ
habere dñium super fideles sint ꝑmittẽ-
di. ⁊ vtrũ ritus eoꝝ sunt tolerandi. ¶
Circa ꝑmum sciẽdum ꝙ in disputatõe
fidei duo sunt cõsideranda. vnum ex ꝑ
te disputãtis. aliud ex parte audientium.
Ex parte disputãtis attendi debet inten
tio. si enim disputet tanq̃ dubitans i fi-
de: peccat tanq̃ infidelis. Si vero dispu
tet ad cõfutatiõẽ erroꝛũ vł ad exercitiũ
est laudabilis. Ex parte võ audientiũ dis-
tinguẽdum est. quia si sint instructi: ⁊ fir
mi in fide: nullum periculũ est coꝛaꝫ eis
de fide disputare. Si vero sint simplices
aut sunt sollicitati aut pulsati ab infideli
bus fidem in eis coꝛrũpere nitentibus.
⁊ tunc necẽiũ est disputare de fide si sint
aliqui apti ad cõfutandum erroꝛes. per
hoc enim simplices in fide firmabunf.
taciturnitas võ esset eis occasio erroꝛis
vnde Grego. Sicut incauta locutio in
erroꝛem ꝑtrahit: ita silẽtium indiscretũ
eos qui poterant instrui: in erroꝛe relin-
quit. Aut non sunt sollicitati vt in terris
in quibus non sunt aliqui infideles: ⁊
coꝛam talibus disputare de f. de est picu
losum. quia fides eoꝝ ex hoc est firmioꝛ

m nihil cōtrariuz audiant ei quod crediderint. Ad hoc nota q nulli persone layce licet publice vel secrete disputare de fide. qui vo cōtrafecerit excōicetur li° 6° de. quicūqz. §. i. ¶ Circa 2m nota q infidelium: qdam nunq̄ receperūt fidem. vt gentiles z iudei. z tales sunt ad fidez auctoritatibus: rōnibus: z blandimentis inducendi: z non cogendi. quia credere est voluntatis: z seruitia coacta deo non placent. dis. 45. de iudeis. Si tamen cōditionaliter coacti: vt per minas de rerū suarū ablatiōe. per verba: vel similem coactiōem baptismū receperint: z postea a fide recesserint cogi debent redire: ne fides cōtemnat̄. vt ibidem. si tamen absolute coacti baptizarent̄ nō reciperent sacramētuz baptismi: nec deberent ad fidem cogi. extra de bap. maiores. in fi. tales tamen qui fidem nunq̄ receperunt debent a fidelibus si possint cōpesci ne aliquo mō impediant fidem Christi. ꝑpter quod quādoqz cōtra eos bellum mouent. Aliqui vo infideles quādoqz fidem receperunt. vt heretici: z quicūqz apostate. z tales etiaz corporalit̄ cogi debent vt seruent qd ꝓmiserunt. Et sic dicit Augusti. cōtra eplam Peremeniani. qsiqz cuiusqz crimen ita z notuz omnibus execrabile apparet. vel vt nullos ꝓrsus vel non tales habeat defensores per quos possit scisma cōtingere: nō dormiat seueritas discipline. ¶ Ad hoc nota q cōtra xpianos qui ad ritum trāsierunt vel redierunt iudeorū. etiam si huiusmodi redaires dum erant infantes. s. minores septēnio: vel mortis metu: non tamē absolute vel ꝑcise coacti fuerūt baptisati. ꝓcedendum est tanq̄ cōtra hereticos si fuerint de hoc cōfessi. aut p xpianos seu iudeos cōuicti. Et ita ꝓcedendum est cōtra fautores receptores z defensores talium. sicut cōtra fautores hereticoꝝ z defensores. li. 6°. co. cōtra. z sic aperte dicit tales puniendos vt hereticos. ergo eorū bona non deuoluunt̄ ad filios. vt li° 6° c. cum sm. Et sic per hoc c. cōtra corrigit̄ sm Jo. an. illud. i. q. 4. iudei. vbi dicitur q bona iudeoꝝ deuoluunt̄ ad filios catholicos. nec oportet q lex noua corrigens ꝑcedentem de illa faciat mentiōem. li° 6° de consti. c. i.

¶ Sed nūquid liceret secrete puulos iudeorū vel aliorū infidelium baptizare. Rndeo. credit Re d. q [illegible] si ip. paruuli essent in articulo mortis: alis non. non tamē rebaptizarent̄: si postea adulti ad fidem cōuertant̄. tamē ne denuoʒandi lapis. i. iudeis relinquant̄. sic patrini talium laborare debent: q in fide z moribus instruant̄. ¶ Circa 3m nota q cōmunio cum aliqua persona fidelib' interdicit̄ dupliciter. Uno modo in penam eius cui ꝯmunio subtrahit̄. Alio modo ad cautelam eius cui interdicit̄ ne cōmunicet. z vtraqz causa elici pōt ex verbis apli. i. Cor. 5. Primo mō non interdicit eccl'ia fidelibus ꝯmuniōem infidelium qui nullo mō fidem receperūt. scz paganorū vel iudeoꝝ: quia non habet de eis iudicare iudicio spūali: sed temporali in cāu. vt cum inter xpianos morantes aliquam culpam cōmittunt. z per fideles tēporalit̄ puniunt̄. sed hoc modo. s. in penam interdicit eccl'ia ꝯmunionē illorū infidelium qui deuiauerūt a fide recepta. s. eos excōicando. Secūdum vero ad cautelam distinguēdum est q firmi in fide non sunt ꝓhibendi ꝯmunicare cum infidelibus: qui fidem non receperunt: z maxime si necessitas cogat. Simplices vo z infirmi in fide quorū subuersio posset ꝓbabiliter timeri: sunt a ꝯmuniōe infidelium ꝓhibendi: z maxime ne magnā familiaritatem habeant cum eis: neqz sine necessitate ꝯmunicēt cum ipsis. ¶ Circa 4m sciēdum q nullo modo pmitti debet q infideles de nouo instituant̄ dñi: vel plati: vel officiales iu per fideles. hoc enim cederet in periculum fidei: quia dñi de facili possunt subditos peruertere: nisi sint magne virtutis. Cederet etiam in fidei cōtemptum dum scilz ipsi infideles noscerent defectus fidelium. Cederet etiam in scandaluz z detrimētum fidelium: dū. s. infideles eis sb tali ꝑtextu nimiū essent infesti. extra de. cum sit. z. 54. dis. nulla. vnde z Aplus i. Cor. 6°. ꝓhibuit ne fideles i iudicio cōtenderent coram iudice infideli. potest tamē domin' redditus suos vendere iu deo deputato custode xpiano a quo ipsos recipiat ita q per hoc xpiani non grauentur a iudeo. Si vero loquimur hic de dño vel platione existente ante distinctiōem infidelium z fideliuz. illud dñiuz

vel prelatio: non tollet per talem distinctionem secundum se consideratam. quia dominium et prelatio introducta sunt a iure humano. Illa vero distinctio est ex iure divino. Ius autem divinum quod est ex gratia: non tollit ius humanum: quod est ex ratione naturali. Et ideo illa distinctio non tollit dominium preexistens infidelium super fideles. ¶ Sed potest etiam dici quod dominium et prelatio introducta sunt ex iure divino. quia servitus que non est sine dominio introducta est secundum Hostie. de iure divino. dis. 35. sexto. Confirmata de iure gen. dis. i. ius gentium. Et approbata de iure canonico. 12. q. 2. si quos de servis. Possit tamen ius talis domini vel prelationis iuste tolli per ecclesie sententiam: vel ordinationem auctoritatem dei habentis. quia infideles merito sue infidelitatis merentur amittere potestatem super fideles. sed hoc ecclesia quandoque facit. ut patebit. I. de servis iudeorum. quandoque non facit propter scandalum vitandum. sic et Dominus Math. 17. ostendit quod excusari poterant a tributo. quia liberi sunt filii. mandavit tamen solui tributum ad vitandum scandalum. Et Apostolus loquens de dominis infidelibus. i. Thim. 6. cum dixisset. Servi dominos suos honorent. subdit: ne nomen domini et doctrina blasphemetur. ¶ Circa 5 sciendum: quod humanum regimen a divino regimine derivatur: et ipsum imitari debet deus autem permittit aliqua mala fieri in universo: que prohibere posset: ne sublatis illis maiora bona tollerentur: vel peiora mala sequerentur. Sic etiam et in regimine humano: illi qui possent aliqua prohibere: tolerant. ne aliqua bona impediantur. vel ne maiora mala sequantur. Sicut dicit Augustinus. li. de ordine. Aufer meretrices de mundo: et turbasti omnia pre libidine. Sic igitur licet infideles in suis ritibus peccent: tamen tolerari possunt: vel propter aliquod bonum quod provenit ex eis: vel propter aliquod malum vitandum. Ex hoc autem quod iudei observant suos ritus: in quibus olim figurabatur fidei veritas: provenit hoc bonum quod s. habemus ab eis nostre fidei testimonium. Et ideo in suis ritibus tolerantur Aliorum vero infidelium ritus: qui nihil veritatis vel utilitatis habent: non sunt tolerandi: nisi forte propter vitandum aliud scandalum: vel malum: vel dissidium quod ex hoc provenire posset: vel impedimentum salutis eorum: qui sic tolerati: paulatim convertuntur ad fidem.

¶ De iudeis et sarracenis. ti. 57.

Deinde considerandum est de iudeis et sarracenis. Et primo quomodo dicuntur iudei: et sarraceni. 2 quomodo se debent habere ad eos christiani. ubi plura que dicta sunt in titulo precedenti in generali: explicantur magis in speciali. 3 de pena transgressionis. 4 quid iuris de servis eorum si sunt vel volunt fieri christiani. ¶ Circa primum nota: quod iudei dicuntur qui legem Moysi tenent ad literam: se circumcidendo: et alia legalia faciendo: dicti iudei a tribu digniori. scilicet Iude patriarche. ¶ Sarraceni vero dicuntur: qui nec novum: nec vetus testamentum recipiunt. qui cum vocari deberent agareni. quia nati sunt de Agar ancilla Abrahe. se a Sara uxore eius et libera nominant sarracenos. Sunt tamen quidam inter eos. s. samaritani: a Samaria civitate dicti. qui quoque libros Moysi receperunt: sed non prophetas.

Circa 2 nota quod christiani aliquo modo non debent cum iudeis comedere: nec habitare: nec eos ad sua convivia recipere. 28. q. i. nullus. et c. omnes. Cum sarracenis vero possunt comedere ii. q. 3. ad mensam. Ratio huius diversitatis est. quia iudei fidem nostram magis impugnant per scripturarum abusum et ciborum nostrorum contemptum. Quidam tamen ut Laur. Io. et multi sequaces eorum dicunt indistincte. et melius secundum Ray et Hostie. quod nec cum sarracenis debent christiani facere predicta. quia et ipsi hodie iudayzant. scilicet se circumcidendo: et quosdam cibos discernendo. unde eadem est causa prohibitionis utrobique. Excipitur tamen casus in quo licet uti cibis appositis a paganis. temporibus tamen servatis ab ecclesia statutis. ut cum ad predicandum Christi fidem ad eos accederent christiani. extra co. quod sit. Et sic intelligitur illud ii. q. 3. ad mensam. dummodo dictum non esset eis quod illud esset imolatum idolis. quia tunc ut dicit Augustinus. Sanctius esset fame mori quam idolatico cibo vesci.

32.q.4. sicut. quod est intelligēdum si
vesceret ad veneratiōem idoli. al's in sū
ma necessitate famis posset eo vesci. scilꝫ
protestando: ꝙ non comederet ad ve-
neratiōem idoli. quia necessitas non ha
bet legem. de cōsecra. di. 5. sicut. ¶ Item
christiani nō debent: cum sint infirmi iu
deos vocare: nec ab eis medicinam reci
pere: nec se cum eis i eisdem balneis bal
neari. 28. q. 1. nullus eorum. ¶ Item iu-
dei non debent permitti nouas synago-
gas erigere: sed antiquas. non tamē lati
ores: vel altiores: vel preciosiores soli-
to reficere. et suos ritus: et solennitates
seruare. extra de. iudei. et c. cōsuluit. ¶
Item in sabbatis non debent ad iudi-
cia trahi: nec alios trahē: nec sepulchra
eorū effodi obtentu alicuius pecunie. C.
eo. die sabbato. et extra eo. c. sicut iudei.
nec debent in suis festis perturbari. vt di
citur ibidem. ¶ Item non sunt permit-
tendi in triduo ante pasca: et maxime in
die veneris sancti hostia vel fenestras
apertas habere in publicum ꝓdire. ext
eo. quia. Eo ꝙ nōnulli ex eis die illo so-
lent christianis illudere. extra eo. in nō-
nullis. Sic etiam et alias abhomiatio-
nes et abusus ꝓhibentur facere. ext eo.
et si iudeos. ¶ Item cogi debent in om-
ni christianoꝝ ꝓuintia omi tempore ta
le signum vel habitum deferre: quo di-
stinguant ab alijs manifeste. extra eo. in
nōnullis. ¶ Item iudei cogi debent de
cimas soluere prediales. extra. de de-
cimis. de terris. ¶ Item cogi debent te-
stes christianos cōtra se recipere. extra
de testib⁹. c. iudei. Iudei vero ꝯtra chri-
stianos testificari non possunt. vt dicit
ibidem in glo. 2. 2. q. 7. si hereticus. Nec
reges: nec principes debent priuilegia cō
cedere: vel concessa seruare: vel seruari
permittere iudeis: vel sarracenis: ꝙ per
christianos cōuinci non possint. extra
li° 7°. de testib⁹. cum iudei. ¶ Item chri
stiani non debent iudeos grauare. extra
eo. sic. nisi forte circa pensionū exactio-
nes in principio locatiōis: non postea.
vt sic cogant conuerti. 23. q. 6. iam ve-
ro. ¶ Item nullus iudeo: vel pagano
potest aliquid in testamento relinquere
quod si fecerit: etiam post mortem: iudi-
cabitur anathema. idest anathematiza
bitur. extra eo. de heret. si quis episcop⁹

2. 24. q. 2. sane. Dicit tamen Hostien.
ꝙ vniuersitati iudeorum legari non po-
test. C. eo. l. i. sed singulis forte sic. layco
sed clerico non licet: etiam si iudeus sit
frater eius. Eos tamen pascere licet.
Rod. vero credit: ꝙ siue clericus siue la
ycus daret iudeis: siue legaret eis: maxi-
me cōsanguineis: ut eorum succurrēt ar
te necessitati: puniri non deberet. ¶ Ite
si iudei: vel sarraceni veniunt ad fidem
nullatenus a possessiōibus suis exclu-
dantur: et habeant partem hereditatis sue
Et hoc est verum preter seruos: qui pre-
cesserunt eos in fide: quos non recupera
bunt. C. de episco. deo nobis. et extra eo.
iudei. i. cum tamen iudei sint serui: non
possideant eos vt ꝓprias: sed et pecu-
liaꝫ: vnde possint illis priuari per domi
nos suos: nisi cum conuertitur ad fi-
dem. quia tunc non debent in fidei fauo
rem: nisi eas habeant per vsuram. In
quo casu restituere debent eas: vel preci-
um earum si comparate fuerint de vsu-
ra. illis vel heredibus eorum: a quibus
eas habuerunt si sciantur: al's poterunt
sicut conuersis tanquā pauperibus per
episcopū assignari ſm Rod. et Bern.
super ca° iudei. 2. ¶ Item licꝫ domini ter
rarum res iudeorum cum sint serui pos
sint accipere. vt dictuꝫ est. non tamen de
bent eis necessaria subsidia vite subtra-
here. nec exactiōibus vlt suorū ꝓdeces
sorum cōsuetudinem pregrauare. si ta-
men ipsi iudei nihil preter vsuras habe
rent. accepta ab eis ex causa lucratiua:
siue ex causa lucri captandi. puta per ex
actiōem: donatiōem: et punitiōem licite
retinere non possunt. sed illis quib⁹ ipsi
iudei restituere tenebantur: si inuenien
tur restitui. al's in pios vsus erogari de-
berent. habita vero ab ipsis iudeis: ni-
hil preter vsuras habentibus. habita in
quam ex causa non lucratiua: siue cau-
sa damni vitandi: vt propter venditio-
nem vel locatiōem: possunt licite retine-
ri: dūmodo non accipiatur res ipsa vsu
raria eadem numero. ¶ Et idem dicen-
dum est de receptis a christianis: nihil
preter vsuras: vel furta: vel rapinas ha
bentibus. ¶ Item non permittitur iude
is: vel sarracenis in domibus suis ha-
bere mancipia christiana. extra eod. iu-
dei. 2°. ¶ Item christiani pro nulla

mercede exponant se seruitio iudeorum
quod intelligit in domibus iudeorum.
Et si nolint ab eis discedere sunt excō-
municādi. vt in. c. iudei. Et si iudei no-
lint eos dimittere: ꝓhibetur christianis
cōmercium cum eis. extra eo. ⁊ si iude-
os. possunt tamen colere predia. ext. eo.
multorum. ¶ Item ecclesia neutros ad-
mittit ad actus legitimos. 2. q. 7. alieni.
Sic igit iudicat in pluribus iudeos ec-
clesia: lz sint infideles. Nec tamen facit
contra illud. i. Cor. 6. Quid mihi de his
qui foris sunt iudicare. quia hoc intelli-
gitur de pena spirituali directe. sic enim
directe eos non iudicat scilicet eis pe-
nam spūalem infligendo. vel regulas
religionis imponēdo. sed infligit eis pe
nam temporalem. scilz corporalez vel pe
cuniariam. vel etiam spūalem indirecte
scilz christianos ab eorum ꝯmuniōe re-
mouendo. hec Alex. angli. in 2°. ¶ Itez
iudei possunt agere ⁊ cōuenire apud iu-
dices christianos. sed non apud senio
res eorum arbitrariū possunt eligere iu
dicium: cuius sentētiaz ordinarius exe
quatur. C. eod. iudei romano more. ¶
Item principes catholici non debent in
terris suis ꝑmittere sarracenos alta vo-
ce aliqua verba dicere in honorez Ma
chometi. nec aliquem sarracenuz vt san
ctum venerari. libro 7°. de iudeis. ce
dit.

C Irca 3m sciendum ꝙ trāsgres
sores omniū predictarū cōsti-
tutionū in hoc titulo positarū
puniunt hoc modo Si clerici sint ⁊ ad
moniti canonice satisfacere nolunt: offi-
cio ⁊ beneficio sunt priuandi. Si vero
sunt layci christiani: siue principes exe-
qui nolentes: siue alij impedientes: de-
bent si admoniti non satisfecerint excō
municari. Si vero sunt iudei vel sarra
ceni: tandiu christiani sunt ab eorū cō-
sortio: cōmertio: ⁊ cōmuniōe sub pena
excōicationis si expedierit remouendi:
donec nutrices ⁊ seruientes christianas
dimiserint: ⁊ restituerit omia bona sua
illis qui de ritu suo fidem christianā ele
gerunt. ⁊ donec etiam in vsus pauperū
christianorū sm ꝓuidentiam episcopi
dioces. conuertat quicqd a christianis
adepti fuerint occasione officij sup chri
stianos suscepti. Et hoc intellige de iu-
deis ⁊ paganis. ¶ Statuit etiam eccle-
sia illos iudeos publice cedendos. qui
subuertere attemptauerit ex infidelibus
baptizatos. ⁊ similes penas pecuniari-
as sm qualitatem delicti. moderatione
tamen habita in verberibus ꝙ eius sta
tutum in vindictam sanguinis transire
minime videat. talis enim pena indi-
stincte debet relinqui iudici seculari.
¶ Probantur omnes iste pene. 28. q. i.
sepe. ⁊ ca° nullus. ⁊ extra eodē. sicut. ⁊
ca° ⁊ si iudeos. ⁊ ca° cum sit. ⁊ extra de
raptori. in archiepatu. ⁊ 17. q. 4. consti
tuit. ¶ Item christiani prohibiti sunt
deferre sarracenis arma. ferrum. ⁊ li-
gamina. Et cōtrarium facientes ipso
facto sunt excōmunicati. extra eodem.
ita quorūdam. ⁊ ca° ad liberandam.
Et idem est de illis qui eis galeas vel
naues vendunt. aut in nauibus eorum
piraticis curam gubernationis exer-
cent. vel quibusdam alijs machinis im
pendunt eis aliquod consilium vel au-
xilium in dispendium terre sancte. vt
in ca° ad liberandā. ¶ De hoc etiam
vide infra libro 7° de censu. ecclesiasti. c.
sine titulo 2° cano. 25. ¶ Alie vero mer-
ces non sunt ꝓhibite tempore treuge. ext.
eo. significauit.

C Irca quartū sciendum ꝙ ser-
uus iudei aut est vernaculus
id est de ancilla ꝓpria natus.
aut empticius. Si vernaculus si sit vel
velit fieri xpianus statiz efficit liber nul
lo precio dato. C. de episco. ⁊ cleri. deo no
bis. ar. dis. 54. fraternitatem. Si vero est
empticius. aut erat xpianus quādo fuit
emptus. aut paganus. Si xpianus: in
distincte liber efficit: nullo precio dato.
dis. 54. mancipia. Similit etiam serui he
reticorū impune possunt ⁊ dños relin-
quere ⁊ ad eccliam ꝯfugere. C. de heret.
⁊ mani. manicheos. Si autē erat paga
nus. aut fuit emptus cā seruitij. ⁊ tūc si
vult fieri christian⁹ efficit liber sine pre
cio. dis. 54. fraternitatē. aut cā mercimo
nij. ⁊ ita si infra tres mēses eū nō exposu
erit venalē. postea si velit fieri xpian⁹ si
ne pcio liberabit. qz ꝑsumit ꝙ emerit ꝑ
seruitio. si aūt eū exposuit infra tres men
ses ⁊ ipse vult fieri xpian⁹ infra spaciū il
lud vel post. dummō p dñm nō steterit q̄
min⁹ eum vendiderit infra spaciū illud

liberabit reddito precio.xii.solid. di.64 fraternitatem.⁊ extra de co.c.i. ⁊.ii. ⁊ vltimo. Et hoc intelligeretur nisi dñs eum nolentem cum diceret se velle fieri christianum circumcideret: vel ei alterius secte signum imprimeret. tunc enim pro iniuria corporis proprij sine precio liberabit. di.54. nulla. Quod autem dictum est de seruis iudeorum idem dicendum est per omnia secundum Lauren. Jo. ⁊ multos alios de seruis sarracenorum. Hugo vero dixit de vernaculis iudeorum quod etiam si fiant christiani: dominis paganis seruire tenentur. Et sic paganus potest esse dominus xpiani: sed non fieri: vt etiam .s. dictum est in titulo precedenti. Secus est de vernaculis iudeorum propter perfidiam ⁊ magis suspectam cohabitationem illorum. primum magis placet secundum Ray. ⁊ Alex. in 2°. quia hodie eadem suspitio: ⁊ idem periculum est de vtrisque. vt etiam .s. dictum est. ¶ Sed cuius monete erunt illi .xii. solidi supradicti. Rendeo dicunt quidam quibus videtur consentire Hoff. quod solidus ibi accipitur pro aureo. insti. de petitione. li. § finali. ¶ Alij dicunt quibus assentit Ray. quod erunt illius monete: que habetur ibi in vsu. ff. de lega. 2° l. nummis. ¶ Sed nunquid ille sic redemptus fiet redimentis seruus. ¶ Rendeo quod non. sed reddet ei pecuniam: ⁊ erit liber. ar. insti. de noxa. acti. § domin°. Et si non potest ei reddere hostiatim querat. vel ipsi redimenti aliquanto tempore ad arbitrium boni viri seruiat. ar. 26. q. i. de raptoribus. ¶ Si tamen ab aliquo ex pietate redimatur: animo non repetendi: nec precium reddetur: nec pro precio seruietur. quia quod ex pietate datur: prohibet ius ne repetatur. quod semper presumitur: nisi contrarium protestetur. ff. de religi. ⁊ sumpti. fune. l. ⁊ si quis. § sed interdum. ¶ Quid si plures concurrant ad redimendum. ¶ Respondet Hoffre. ⁊ Hostien. quod episcop° loci eligat magis idoneum. ar. ff. de acti. l. si plures. Vel si sint pares: episcopus gratificet cui velit. ar. extra de iurepatro. cum aduocatus.

¶ Sed nunquid xpianus potest emere iudeum: vel paganum. Rendeo quod sic. extra de. ⁊ si iudeus. sed iudeum secum in familia non habebit. 28. q. i. sepe. ⁊ c. nullus. Et si ille velit fieri xpianus: non potest prohiberi. 19. q. 2. due. ⁊ extra de renunc. nisi cum preter. § sed dices. baptisatus tamen remanebit seruus dñi. 12. q. 2. ecclesiarum seruos.

¶ De hereticis. ti. 58.

Postea considerandum est de hereticis. Et primo quis: ⁊ quot modis dicitur hereticus. 2° qua pena feriantur heretici. 3° qua pena feriantur fautores eorum. 4° qua pena feriantur domini negligentes extirpare heresim. 5° qualiter ab heresi rediens recipiatur. 6° quis relapsus censeatur. ¶ 7° qui notarij: ⁊ qui testes in officium inquisitionis admittantur. 8° quanta ⁊ qualis potestas inquisitoribus datur. ¶ Circa primum sciendum quod nomen heresis grece: sonat electionem latine. Loquimur autem nunc de heresi: secundum quod est circa ea que sunt fidei. Electio enim est eorum que sunt ad finem: presupposito fine. Et ideo recte dicitur heresis species infidelitatis: pertinens ad eos qui Christi fidem profitentur: sed eius doctrinam peruertunt. Hi enim Christo tanquam fini assentiunt. sed in eligendo ea de quibus Christo assentiant: deficiunt. quia non eligunt ea que vere sunt a Christo tradita: sed ea que suggerunt sibi mens propria. ¶ Inuenitur autem hereticus dici multipliciter. Dicitur enim hereticus errans in fide. vnde August. dicit quod hereticus est qui falsam opinionem de fide: vel gignit vt heresiarcha scilicet Arrius: Sabellius: ⁊ Macedonius. vel sequitur. vt qui heresiarcham imitatur. vt arriani. sabelliani. ⁊ macedoniani. 24. q. 3. hereticus. ⁊ ca° quidam. Dicitur autem hereticus: vt dicit Hierony. qui scripturam aliter intelligit quam spiritus sanct° a quo scripta est efflagitat. licet ab ecclesia non recesserit. 24. q. 3. heresis. Hoc autem facit qui expositionem sacre scripture ad heretorquet. quod contrariatur ei quod reuelauit spiritus sanctus. vnde Ezech. 13. dicitur de falsis prophetis: quod perseuerauerint confirmare sermonem. scilicet per falsas expositiones scripture. Dicitur etiam hereticus qui a sacramentis ecclesie ⁊ communione fidelium est diuisus. 4. q. i. quod autem hi. vt excommunicatus. Dicitur etiam heretic° qui est

sacramētoꝝ puerorum. ut simoniac⁹ q uen
dit vl' emit bona spiritualia vel ecclesie
sacramēta. vt. i. q. i. presbyter. ⁊. c. q. 3. pue
nit. Item dubius in fide. ext. co. c. i. vnō
in leui articulo deuians a fide censetur
heretic⁹. C. e. l. 2. Itē q conat' auferre ec
clesie Romāe priuilegiū a xpo sibi tradi
tū dis. 22. c. i. Oēs predictos. 6. modos po
nit gof. ⁊ Hosti. Addit aūt predict' Host.
s. q large potest dici heretic⁹ omis qui
non tenet articulos fidei. Et sic iudei ⁊
gentiles sunt heretici. ⁊ hoc modo non
omis hereticus est excōicatus. Item di
cit' hereticus qui cōmunionē ecclesie ca-
tholice non recipit. in aut. de priuil. dotis
here. mu. non p. post principiū. coll. 8. ¶
Item qui transgredit' precepta sedis apo
stolice. dis. 19. nulli. Item qui non recipit
ea. dis. 20. de libellis. Sed stricte dicit' he
reticus: qui aliter sentit de articulis fidei
q̄ ecclia Romana. 24. q. i. hec ē fides.
Item non est docēdum nec sentiendum
de sacramētis ecclie aliter q̄ sentit ecclia
Romana. Hi eniz qui faciunt hoc si sit
notorium ⁊ omēs alij lz ab initio occulti.
ex quo singuli epi per suas dioces. cum
cōsilio clericorū vel ipsi clerici sede vacā-
te. cum cōsilio si oportuerit vicinoꝝ epo
rum eos iudicauerint hereticos: sūt ana
thematis perpetuo vinculo innodati. ext.
eo. ad abolēdam. ti. so. i. hec Hosti. Nu-
merant' autem. 24. q. 3. qdam vsq̄ ad
finem questiōis secte hereticoꝝ. 78. qua
rū. 9. vltimas non nomiat auctor spāli
nomie. sunt autem omēs heresēs hodie
damnate. extra eo. ad abolēdam. Est
autem presentis intentiōis cōsiderare de
hereticis sm primum modū dicendi he
reticum: sm quem etiam modū dicit' he
reticus: qui de articulis fidei uel sacramē
tis ecclie sentit alit' q̄ Romana ecclia.
¶ Sciēdum autē q sicut dicit Augus.
⁊ habet'. 24. q. 3. dixit aplus. Si qdam
sniam suam lz puersam nulla pertinaci
animositate defendunt. querūt autē cau
ta sollicitudine veritatem: parati corrigi
cum inuenerint: non sunt inter hereti-
cos cōputandi. quia. s. nō habent electi
onē cōtrariaz doctrine ecclie. Si quis
autem determiatiōi vlis ecclie ptinacit'
resisteret: hereticus censeret'. cuius qdez
auctoritas principaliter in papa residet.
24. q. i. quotiens. ⁊. c. hec est fides. Ex
his patet q non quicūq₃ deuiat a fide:
sed qui ptinaciter deuiat ppie dicit' he-
reticus. ¶ Aliquid heresis ad omia cre
dibilia se extendit. Rndet Alex. an. 2. s.
2. c. de heresi. ar. 7. c. q heres ad tria ge
nera credibiliū extendit' per opposition-
nem ad fidem: tam sz quādā analogiā.
Nam ratio fidei primo ⁊ principaliter est
circa articulos fidei. ⁊ per oppositum he-
resis. ¶ 2° fides extendit' ad illa que do
cet sacra scriptura: circa mores. vt q for
nicatio est peccatum mortale: ⁊ per oppo
situm heresis. ¶ 3° fides extenditur ad
historias in biblia cōtentas. ⁊ per oppo
situm heresis. qui enim assereret aliquā
historiam biblie esse falsam: ⁊ hoc perti
naciter: hereticus censeret'. prima credibi
lia prius credūt': ⁊ postea intelligunt'. 2ª
simul intelligunt' ⁊ credunt'. 3ª credū
tur ⁊ nunq̄ intelligunt'. ¶ Sed nūqd
excusat' aliquis ab errore si teneat opi-
nionē magistri quem audit. Rndeo in
his q̄ nō pertinēt ad fidem vel mores:
potest aliquis sine periculo sequi hanc
opiniōem: vel illam. In his vero que p
tinent ad fidem vel bonos mores: nul-
lus excusat' si sequat' opionem errone-
am alicuius. In dubijs enim non deb₃
quis de facili assentire. sed vt dicit Au
gusti. li° 3° de doctrina xpiana debet cō-
sulere regulam fidei: quam de locis pla-
nioribus sacre scripture ⁊ auctoritate ec
clesie percepit. qui ergo assentit opinioni
alicuius manifeste cōtrarie sacre scriptu
re. vel etiam publice doctrine ecclesie: ex-
cusari non potest ab errore. Et hic no-
ta q sm Alex. an. vbi. s̄. ar. i. questiūcu
la. 2. c. tria cōcurrunt ad perfectam ra-
tiōem heresis. s. falsa credulitas in ratio
nali. peruersa volūtas in cōcupiscibili.
⁊ defensiōis siue impugnatiōis pertina
citas ex parte irascibilis. Sm primum at-
tendit' illud Hiero. scilz qui scripturam
2c. vt. s̄. Sm primum ⁊ 2m attendit' descri-
ptio Augusti. li° de vtilitate credendi. s.
q hereticus est qui alicuius temporalis
cōmodi ⁊ maxime glorie principatusq₃
gratia falsas opiniones: vel nouas gi-
gnit: vel sequit'. Et tangit hic Augusti. il
lud quod frequēter accidit: cum dicit.
Qui alicuius 2c. Scdm vero 3m suppo-
sitis p ⁊ 2° attendit' diffinitio q̄ ponit' in
glo. super illud. i. Cor. ii. Audio iter vos

scissuras esse:qui inquit in ecclesia dei praua sua dogmata defensare psistunt here tici sunt.

SEquitur videre de 2°.s. qua pena heretici feriant'. Circa qd' nota ꝙ puniunt' vitatõe.excõicatio ne.depositiõe.rerũ ablatiõe:⁊ militari psecutiõe. Puniunt' qdem vitatõe. Cir qd' nõ fm Alex.an.2.t.2.c.de heresi.ar. 10.o.ꝙ multiplex est ꝯmunio.⁊ silr multiplex est ꝯmuniõis puatio. Est .n.ꝯmunio spũalis.s.que est in cõsensu vero vel interptatiuo. Et hoc mõ non est cum hereticis cõmunicandũ.sic intelligit' illud 2.Cor.6.Exite de medio eorũ. glo.spũaliter.s.vt eorũ scelera increpetis. ℄ 2° est ꝯmunio in sacramentis. Et hoc mõ etiaz non est ꝯmunicandũ cum hereticis notatis:siue nomiatis.qui etiaz lz nõ sint notati siue nomiati.qrtum tamẽ est de se puant' effectu ꝯmuniõis sacramentoꝝ quia ipo iure sunt excõicati:siue sint occulti:siue manifesti.extra de heret.excõicamus. ℄ 3° est ꝯmunio in cibo:potu ⁊ huiusmõi. Et hoc etiam mõ nõ est ꝯmunicãdum cum illis hereticis: qui precisi sunt ab ecclesia nomiatim. ℄ 4° est ꝯmunio corpalis.vt cohabitatio in eadez ciuitate. Et talis ꝯmunio non vitabat' in pncipio ꝓpter multitudinẽ hereticorũ.⁊ etiã adhuc alicubi non vitat'. si autẽ ab aliquib' timeret' de lapsu:tutius eẽt nõ habitare cum eis. Et fm hanc distinctionẽ solui possunt siq̃ obijciant'. ℄ Sed obijcit' illud Math.13. Ne forte colligẽtes zizania eradicetis simul ⁊ triticum: sinite vtraq; crescere vsq; ad messez. Zizania sũt heretici.triticũ fideles.messis finis seculi.g' heretici sunt tolerandi inter fideles:⁊ non sunt ab eis separãdi vl' vitandi vsq; ad finez seculi. Rndeo.illud dictum põt intelligi de hereticis occultis quorũ heresis dephẽdi non potest.tales eniz ⁊ si excõicent' excõicatiõe generali:non tamẽ excõicatiõe psonali. nec exterminant' gladio mat'iali: nisi cum multitudie infidelium manifestorũ inueniant'. Uel intelligi potest de catholicis malis. Unde Rabanus habens discretiõis exemplum equanimit' tolerare debet malos ꝓpter bonos. ℄ 2ᵐ autez est ꝙ messis dicit' illud tempus quo heretici manifeste corrupturi aliorũ sunt ab

ijciendi euãgelica falce. Fm hoc intelligitur pmissio pro tempore illo:quo nõ discernit' plene an sit hereticus. cum autez innotuerit plene eccle corruptio sua est psonaliter pcidendus. vñ Augusti.li° de vera religi.dicit sentẽtialiter ꝙ in ecclesia tandiu sustinet' error alicuius donec aut accusatiõem inueniat.aut opinionẽ prauam ptinaciter defendat. Cum autem dicitur.i.Cor.13. Necesse est hereses esse.ibi dicitur.necesse est illud qd' est vtile per accidens:siue pter intentionem hereticorũ.s.ad hoc vt ab his qui se exercent in diuina scriptura:pigricia eam discutiendi excutiat':⁊ magis fidei veritas declaret'. ⁊ hoc habet' ex glo. ibidem. vnde ⁊ fm ꝙ habetur ex glo. super illud Isa.7. Hec dicit domin' deus ⁊c. semper scilz vsq; ad finem seculi erunt alique hereses: vel malitie hominũ ad exercendũ fidelium patientiaz ⁊ sapiẽtiam. ℄ Puniunt' etiam heretici excõicatione.quia omnis hereticus: siue occultus siue manifestus est ipo iure excõicatione maiori excõicatus.extra eo. ad abolẽdam. ℄ Item depositiõe.quia indistincte siue sit clericus: siue laycus: papa vel Imperator:vel quilibz inferior deponi debet ab omni dignitate. dis. 40.si papa.⁊.24.q.i.qui contra pacez. ⁊ extra eo.ad abolẽdam. Damnati vero psentibus secularibus potestatibus: aut eorũ balliuis relinquant' aiaduersione debita puniendi. Clericus pus a suis ordinibus degradat' nisi ꝯtinuo post dephensiõez erroris sponte ac canonice recurreret ad fidei vnitatem. extra eo. ad abolendam.⁊.c.excõicamus.i.⁊ ca° excõicamus.2°. Degradatiõem autem in tali casu siue psbyteri siue alterius in sacris cõstituti facere poterit solus epus ꝓprius cõuocatis abbatibus aliisq; prelatis ⁊ religiosis personis: ac literatis sue diocesis de quibus videbitur expedire. li.6° eo. ca°.i. Et fm Io.an. per hoc ꝙ dicitur solus:non excluditur capitulum suum.18.q.2.nullam. Degradatione autem celebrata:dicet episcopus potestati:ꝙ in suum forum recipiat degradatum:⁊ sic intelligitur sibi tradi. pro eo tamen debet efficacit' ecclesia rogare vt citra mortem puniat'.extra.e.de ver.signi.nouimus. Sunt autẽ heretici

ƒm leges puniendi ultimo supplicio .C.
eo. arriani. de cõsuetudine tamẽ cremant̃
Sed quõ deprehendat̃ error. R° dicunt
aliqui ꝙ error deprehendit̃ aliquãdo per
facti euidẽtiam. aliquãdo per cõfessiõem
in iure factã. aliquãdo p ꝓbatiõem testi-
um vel instrumẽtorũ. Dixerunt ğ aliqui
ꝙ p̃dicta exceptio. s. nisi cõtinuo. intelligi
tur de deprehensiõe erroris ƒm duos pri-
mos modos. Aliqui autẽ dixerũt ꝙ etiã
ƒm 3ᵐ modũ. Sed quia ƒm Ros. cõsue
tudo alit̃ se habet que est optima legũ in
terpres: credit ip̃e Ros. sine p̃iudicio ꝙ
loquit̃ tñ de deprehensiõe erroris in fa-
cto. s. cum inuenit̃ p̃dicans vel docens er
rorem: aut faciens reuerẽtiam ƒm ritũ ta
lium. quo mõ dicit̃ furtum deprehensum
cum fur deprehendit̃ in furando: vel cuꝫ
furto anteq̃ se recipiat ad locum destina-
tum. vnde post talem deprehensiõem licet
sic dep̃hẽso ad vnitatem fidei reuerti cõ
tinuo. i. anteq̃ diuertat ad actuꝫ cõtrari-
um. vel sicut aliqui volunt: ⁊ alicubi de cõ
suetudine seruat̃ cõtinuo. i. p̃ma die qua
examinat̃ causa illa. ita etiam ꝙ hoc faci
at sponte. i. non metu ꝓbationũ: vel cruci
atuũ: ⁊ canonice. ita ꝙ parat° sit heresim
abiurare: ⁊ ad mandatum ecclie penitere
Siqui autẽ de p̃dictis postq̃ fuerint depre
hensi redire noluerint ad agẽdum cõdi-
gnã penitẽtiam sunt in ꝑpetuo carcere de-
trudendi. extra eo. excõicamus. z. §. siqui
¶ Item puniant̃ reꝝ ablatiõe. quia om
nia bona eorũ cõfiscari debent ecclesie cui
seruiebant: si clerici erant: ⁊ idẽ est si erãt
layci ecclie tẽporalit̃ subiecti. aliorũ vero
laycorũ bona a p̃ncipibus. extra eo. excõi
camus. z. ⁊ di. 8. quo iure. Sunt autem
bona hereticoꝝ ip̃o iure cõfiscata sed nõ
debent apprehendi per dñm secularem: ni-
si p̃us fuerit denũciatum super crimĩe per
ecclesiasticum iudicem q hoc possit. li° 6°. c.
cum ƒm. Sunt autem cõfiscata a tempore
criminis cõmissi. C. eo. l. 4. etiam si habeat
filios catholicos ƒm Jo. an. quia nec te-
xtus distinguit. Non tamen ꝓpter here-
sim virorũ dotes vxorũ catholicarũ cõfi
scari debent. nisi ip̃e forte cõtraxissent cuꝫ
illis: quos tales tunc esse sciebant. li° 6°. c.
decreuit. ¶ Item vasalli sunt ip̃o iure ab-
soluti a fidelitate in omni pacto vallato
quacũq̃ firmitate: quo hereticis tenebã-
tur. extra eo. c. fina. ¶ Item militari perse

cutiõe. quia si aliter fieri non potest manu
militari omĩa bona debent eis auferri. q:
nullo iure possunt ab eis possideri. d..
8. quo iure. ⁊. 23. q. 7. ca. 1. 2. ⁊. 3. ¶ Sed
nũquid catholici possunt hereticos aucto
ritate ꝓpria spoliare. videt̃ ꝙ sic. videtur
enim ecclesia eis dare generalẽ auctorita-
tem ip̃os exterminãdi. Cõcedit̃ etiam ex-
terminãtibus idem priuilegiũ qõ cunctis
in terre sancte subsidiũ est cõcessum. 23. q
8. scire vos. ⁊. c. hortatu. ⁊. c. oĩ timore. ⁊
extra eo. excõicamus. i. §. catholici. Tamẽ
tutius videt̃ tutiuꝫ ꝙ semp fiat ex dicto p̃n
cipis: vel ecclie ne ab aliis ex cupiditate
vel vltione potius q̃ ex iusticia vel obedi
entia videant̃ pugnare. 23. q. i. quid cul-
pat̃. ¶ Quid si cõuertant̃ postea ad fi-
dem: nũquid eis ablata restituent̃. R° ꝙ
nõ: nisi ex grã. extra eo. vergentis. in fine.
¶ Quid si heretici habeant filios vel ali-
os cõsanguineos orthodoxos. nũquid il
li bona sua debent habere. videt̃ ꝙ sic.
quia hoc dicunt leges. C. eo. manicheos.
⁊. l. ꝯgnouimus. ⁊ in aut. ibi signata. idẽ
in nestorianis. Sed cõtrariũ videt̃. quia
Innoc. arguens a minori de crimine lese
maiestatis terrene: ad crimen lese maiesta
tis diuine: cõsuluit etiam filios orthodo-
xos a paternis bonis penitus excludẽdos
extra eo. vergentis. in fine. Quod videt̃
intelligẽdum ƒm Ray. cum pater publi-
ce predicat contra fidem. vel publice pro
fitet̃ vel defendat errorem. vel coram pre
lato suo est cõuictus: vel cõfessus: vel sen-
tentialit̃ cõdemnatus de heresi. extra de
verbo. signi. super quibusdam. Sed circa
hoc distinguit Laur. ⁊ Jo. ꝙ illud. c. ver-
gentis corrigit leges illas. quod etiaꝫ vi-
detur sensisse Ray. ⁊ Innoc. super. c. ex-
cõicamus. ar. ff. de legi. ⁊ cõsti. non est no-
uum. ⁊ extra de ꝯgna. spiri. c. 1. Host. autẽ
dicit ꝙ decretalis p̃ualet legibus in terris
ecclesie Romane tẽporaliter subiectis. vt
in p̃ncipio decre. innuit̃ manifeste. Leges
vero preualent in aliis terris: cum conti-
neant equitatem. decretalis autem rigo-
rem. equitas. n. p̃ferenda est rigori ⁊ iuri
stricto. C. de iudi. l. placuit. ⁊. ff. eo. l. cum.
Leges autem puniunt filios eorum qui
committunt crimen lese maiestatis. quia
timuerũt ne imitarent̃ patres. 6. q. 1. si quis
cum militibus. Sed si ecclia videat per
indicia certa fidem ⁊ deuotiõem filiorum

bereticoꝝ.quō puniet eos:cū filius ñ de-
beat puniri ꝓ patre. C.ne filius ꝓ patre.
l.i.ꝛ.l.pñis.ꝛ cū ecclesia oēs debeat inua
re ꝛ amare.8.q.1.clemens.Sed Hos. cre-
dit ꝙ Innoc. considerauit ꝙ parentes
puniunt̃ in penis filioꝝ.ff. qō me. cau.
l. isti quidem. Et sepe punit ecclesia
temporalit̃ ꝓ delicto patris.2.q.vlti.cum
multe.hec Hoff. Item emācipatio filioꝝ
illoꝝ: quoꝝ parētes post emācipatiōem
huiusmōi apparuerint ante ipam ad he-
retice superstitiōis vitium declinasse:nul
la est.velut facta de hominibus sui iuris.qꝛ
filij hereticoꝝ non sunt in ptāte eoꝝ. li°
6°.eo.quicūqꝫ.§.4.Itē religiosi sunt im
mutatiōis pena:vel alia grauius punien
di ꝗ̃ seculares.scꝫ layci vel clerici:si inuē
ti fuerint in heresi vel similib' deliquisse.
li.6°.eo.accusatus.§.fi.ad hoc ar.extra.c.
ca° pelt §.1. de cōsimilib' habes li° 6°.eo.
c.accusat'.§.sacdotes. ¶ Itē hetici puni
ūt̃ i sepultura:ꝛ in sepelientib' eos.non.n.
debent tradi ecclesiastice sepulture.tradētes
vō scienter sepulture hereticos:credentes
receptatores:defensores:vel fautores eo-
rum sunt excōicati vsqꝫ ad satisfactiōem
idoneam.Nec absoluunt̃ nisi publice: ꝓ
prijs manibus extumulent:ꝛ ꝓiciāt h'
iusmōi corpora damnatoꝝ. ꝛ locus ille
ꝑpetuo careat sepultura.li.6°.eo. quicūqꝫ
in ꝑncipio.Per hoc ꝙ dicit sciens pꝫ ſm
Jo.an.ꝙ ignorantia ꝓbabilis eos excu
sat.extra de cleri.excōi.mi.aplice.Item ꝙ
dicit̃ extumulent ꝛc.intelligit̃ esse verum
ſꝫ Jo.an.si ossa eoꝝ discerni possunt ab
ossibus alioꝝ fidelium.al's secus est. ext̃
de sepul.sacris. ¶ Item heretici credentes
talia exhibere inimicis est de necessitate p̃
cepti.Si vero ab huiusmõi excludant᷑ in
imici:hoc pertinet ad liuorem vindicte.
cõtra illud Leuiti.19° Non queres vltiõẽ
⁊ non eris memor iniurie ciuiũ tuorum.
Tenet᷑ etiam quis sm̃ Richar.3.di.30.
q.1.ar.1.c.e.s impendere effectum saluta
tiõis:que cõmunit᷑ impendit᷑ nisi in casu
scz quãdo timeret eos ꝓuocari cõtra se:
vel aliquod malum oriri. Quedam vero
beneficia exhibent᷑ particularit᷑ aliquib⁹
personis.Et hoc exhibere inimicis non
est de necessitate salutis:nisi sm̃ p̃paratio
nem animi.s.vt ei subueniat᷑ in casu neces
sitatis. ⁊ tunc est opus iusticie potius q̃s
amicitie.quia vt dicit᷑.i.Jo.3.Qui habu
erit substãtiam huius mũdi:⁊ viderit fra
trem.s.necessitatem habere:⁊ clause visce
ra.s.ab eo.quomõ charitas dei manet in
eo.Sic etiam intelligit᷑ illud ꝓuerb.25°.
Si esurierit inimicus tuus ciba illum: si
sitit:da illi potum.Extra ṽo casum neces
sitatis huiusmõi beneficia exhibere inimi
co persone est p̃fectionis. vnde sup illud
Math.5°.Benefacite his qui ode. vos.
dicit glo.Benefacere inimicis est cumu
lus perfectiõis.⁊ hoc est verum nisi p ac
cidens.s.inquãtum huiusmõi beneficiũ
est sibi:vel alteri occasionalit᷑ nociuum.
tunc enim subtrahere est melius. vtilius
enim vt dicit᷑ August.panis subtrahitur
si de cibo securus iusticiam negligat q̃s esu
rienti panis frangit᷑:vt iniusticie seduct⁹
acquiescat.Inimico ṽo ecclie beneficiũ
subtrahere perfectius est ⁊ melius:nisi p
accidens inquãtum scz ip̃m beneficium
sperat᷑ vtile fore ecclie.quia per benefici
um sperat᷑ recõciliandus ecclie. Predi
cta distinctio scz inter inimicos ecclesie ⁊
persone ponit᷑ a Petro.3.di.30.q.1.arti 2
c.¶ Ad hoc nota ꝙ dimittere rancorem
inimico est necessitatis.dimittere autem
rancorem ⁊ signa rancoris est perfectio
nis.sm̃ Bon.3 dis 30.q 2.circa l̃ram ¶
vnde ad hoc non tenet᷑ homo nisi in ca
su scz quãdo deuote ⁊ humiliter venia
postulatur.sm̃ autem Richar.3.dis.30.q
.1.arti.2.c.non tenetur homo inimico etiã
petenti veniam remittere satisfactiõem si
ue emendam ꝓ iniuria.sed pro illa com
petit de iure actio in iudicio ꝯ iniuriãtem

nisi forte sit homo talis status: siue ligat⁹
tali obligatiōe: ratiōe cuius sibi non con
ueniat in iudicio cōueniri. Nec obstat p̄
dictis: quod dicit̃ Leuit. 19°. Non queres
ultiōem ⁊c. quia per hoc: ⁊ similia inten-
dit̃ actio cōtra iniuriantem ƺdo vindi-
cte: ⁊ non ƺdo iusticie. vel sunt cōsilia mo
nentia ad illud quod est superogationis
⁊ non necessitatis. hec Richar. vbi. s. c.
ad argumēta in oppositū. ¶ Sed quod ē
maioris perfectiōis ⁊ meriti. s. diligē ami-
cum: vel inimicū. R̃ndeo super hoc diuer
si scribunt̃ a diuersis: q̄bus omissis: gr̃a
breuitatis dicēdum est ad p̄sens q̄ sic tra
dit Bon. 3. di. 30. arti. 6. c. si loquimur de
istis actibus p̄ut p̄cedunt ab eodem ha
bitu charitatis: quodāmō sunt equales:
s. respectu p̄mij substātialis. ⁊ quodā-
mō mutuo se excedunt. s. respectu p̄mij ac
cidētalis. Nam motus dilectōis erga ami
cos est intensior ⁊ frequētior. erga v̄o ini
micos est purior ⁊ difficilior. Et ideo per
fectior ⁊ melior est simpliciter ille motus
in amicum s̄m aliquos. ⁊ motus in ini-
micum s̄m alios. Primū videt̃ approbar̃
magister sniaꝝ li° 3° dis. 30. 2m v̄o Au-
gusti. videt̃ p̄blema facē dicēs in enchi.
ca° 40. Magnū est erga eum qui nihil
mali tibi fecit: esse beniuolū: ⁊ beneficum.
illud v̄o multo grauius: ⁊ magnificētissi
me bonitatis est: vt tuū diligas inimicuƺ.

[T]Equit̃ videre de 4°. s. de charitate
quātum ad ordinem s̄m quē est
ex charitate vnus plus alio dili-
gendus. de quo can. 2°. Ordinauit in me
charitatem. Et q̄dem ordinem hi⁹ Augu.
⁊ Ambro. ponunt simul cum numero di-
ligendoꝝ ex charitate: ex verbis. s. positis
in p̄ncipio articuli p̄cedentis. Sed diffe-
runt: quia ordo Augu. respicit charitatem
s̄m se. ⁊ ideo attendit̃ s̄m p̄ncipales diffe
rentias boni: que sunt bonum sup̄ nos.
bonum intra nos. bonū iuxta nos. ⁊ bo
num infra nos. que differentie attendūt̃
penes bonum. magis bonū. ⁊ maxime bo
num. ¶ Ordo v̄o Ambro. respicit chari
tatem p̄ut est in natura: quam dirigit ⁊
regit. Et hic ordo non attendit̃ tm̄ penes
differētias boni: sed etiam penes ratiōem
p̄prij: ⁊ alieni: p̄pinqui: ⁊ remoti. Et h̄ or-
do multiplicat̃ in sex differētias: vt habi
tum est. s. ad quas q̄dem omēs alie pos-
sunt reduci. pater enī spūalis reducit̃ ad
patrem carnalem. ceteri cōsanguinei ad

filios. dn̄s ⁊ seruus: disc. pulus ⁊ magister
⁊ etiam s̄m Petrū vxor ad domesticos.
¶ Sciēdum igit̃ q̄ s̄m ordinem quē po-
nunt Augu. ⁊ Ambro. deus est super om-
nia ⁊ p̄pter se ex charitate diligendus. cū
ipse sit sūme bonus. Et res tantū est ama-
bilis: quātum est bona. vt dicit Ans. li. 2°
Cur deus homo. ca° 14°. Item plus debet
homo se diligere q̄ƺ proximum. quia s̄ƺ Au
gusti. li. de ciui. dei. ca° 27°. Hoc est amor in
spūalibus qd̄ pondus in corp̄alibus. pon
dus autem plus trahit corpus in quo est
ad locū sibi debitum q̄ƺ aliud corpus sibi
annexū. Nec est contra illud Augusti. 8°
de trini. ca° 8. Tantū charitatis debemus
fratribus impendere: quātum nobis. q̄a
ibi tantū sumit̃ p̄ nota similitudinis: nō
equalitat. ¶ Sed nūquid debet se homo
plus diligere q̄ƺ Christū inquātuƺ homo
R̃ndet Bon. 3. dis. 28. q. 4. circa lr̃am: q̄
hec determiatio inquātum. aut importat
vnitatem persone. ⁊ sic Christus inquātū
homo est diligendus sup̄ nos. quia sic est
noster creator ⁊ redemptor. Aut cōditio-
nem nature assumpte: ⁊ sic est noster p̄xi
mus: ⁊ iuxta nos diligendus. Et idem di
cendum est de beata virgine. Debet etiaƺ
homo se plus diligere q̄ƺ totum aliū mun
dum. vt expresse dicit Hugo li° de sacram
tis parte 13. ca° extra. debet tamen homo
plus diligere p̄ximum q̄ƺ corpus p̄priuƺ
⁊ hoc quātuƺ ad saluteƺ anime. Cōsoci-
atio enim in plena participatiōe beatitu-
dinis: que est ratio diligendi proximū: est
maior ratio q̄ƺ participatio beatitudinis
per redūdantiam: que est ratio diligendi
corpus p̄prium. Debet etiam homo ma-
gis diligere vnum p̄ximum q̄ƺ aliū: ⁊ af
fectu ⁊ effectu. Deus enim tanq̄ƺ obiectū
formale charitatiue dilectiōis: ⁊ ipse dili-
gens tanq̄ƺ efficiens per charitatem: sunt
p̄ncipium charitatiue dilectionis. Et ideo
s̄m maiorem p̄pinquitatem diligibilis ad
alterū istorū principiorū: est maior dile-
ctionis affectus. quia in omnibus in qui-
bus inuenit̃ aliquod p̄ncipium: attendit̃
ordo p̄ cōparatōeƺ ad ip̄m. vn̄ q2 q̄ƺto di
ligibile ē meli⁹: tāto ē deo p̄pinquius tātoq̄ƺ
magis est diligēdū ceteris parib⁹. Similit̃
quāto diligibile est diligenti p̄pinquius:
tanto magis est diligēdum ceteris parib⁹
Et sic patet q̄ homo debet magis ceteris
paribus diligere p̄ximum: magis bonū.
⁊ similiter sibi magis cōiunctū. Ceteris

paribus dico quia vnus ita parū excede
re posset aliū in bonitate: ⁊ ita parū ex
cedi ab eo in ꝓpinquitate ad diligēdū ꝙ
magis deberet diligere meliorem extrane
um q̄ minus bonum ꝓpinquiorem. Nō
autem dicit Augusti. pmo de doctri. xpia.
ꝙ omēs homies sunt eque dil.gendi. In
diligi debet ratiōe boni optati scilꝫ eterne
glorie: quam omibus optare debemus.
Nota tamē ſm Richar. 3. di. 29. arti.
6. c. ꝙ ꝓpter esse qd̄ habet a parētibus nō
debet aliquis magis diligere aliquem q̄
patrem suum: quantūcū excedat eū in
bonitate: non ꝑuilegiata: qd̄ dico ꝓpt bo
nitatem humane nature Christi: ⁊ beate
virginis: qui magi. debent diligi q̄ pater
⁊ mater. quia per eorū bonitatem ꝑuenit
nobis maius bonum q̄ per parentes. ¶
Sed quid si parētes nostri sint mali. Re
spōdet Bon. 3. dis. 29. q. 4. circa lrām: ꝙ
duplex est amor. scꝫ cōplacentie ⁊ benefi
centie. Amore cōplacentie diligit quis
aliquem: quādo approbat eius facta. Sꝫ
amore beneficentie diligit quis aliquem
quādo vult ei benefacere: ⁊ amat eū non
tūc: quia sit bonus: sed vt sit bonus. In
pmo amore ꝑponderat bonitas. in 2° ꝓ
pinquitas. vnde dato ꝙ pater meus sit
malus: ⁊ alius extraneus sit bonus. ma
gis debeo velle ⁊ desiderare ⁊ ꝓcurare ꝙ
pater meus sit ⁊ remaneat bon⁹ q̄ ꝙ ali
us extraneus. lꝫ eum: ⁊ facta eius q̄diu ē
in peccato: non debeam approbare. Sic ḡ
debeo patrem meum diligere: ⁊ affectu in
tensiori: ⁊ effectu maiori. Debeo tamē ma
gis diligere illum extraneū bonum rōne
boni maioris optati. ⁊ hoc ꝓ illo statu: in
quo sunt ad ꝑsens. quia hoc requirit iu
sticia dei. dum tamē pater meus est in sta
tu vie. debeo velle ꝙ ipse ꝑueniat ad bonū
statum: ⁊ ad maius meritum. ⁊ per conse
quens ad maius ꝑmium. ¶ Sed quem
debet homo magis diligere. scꝫ prēm car
nalem vel spūalem. Rndet Richar. 3. di.
29. arti. 9. c. ꝙ patrem carnalem omibus
pensatis magis inquā. i. intensius: ⁊ optā
do sibi maius bonum. lꝫ enim maius bo
num receperit a patre spūali q̄ carnali.
pater tamen spūalis non dedit illi nisi mi
nisterialiter. pater vero carnalis dedit fi
lio esse nature: sicut causa efficiens. Exte
rius vero debet fieri aliqua reuerētia pa
tri spūali: que non debet carnali. quia vt

dicit phūs 9° ethi⁹ non omibus eadem
reddendum. neq patri omia. Sꝫ ingenu⁹
est igit pater super oēs alios preamies:
⁊ simul. ē mater. vnde diligi debent pl⁹ ex
charitate: q̄ filij: ceteris paribus. lꝫ filij
magis diligant dilectiōe naturali. ⁊ plus
q̄ vxor omibus pensatis. pater vero dili
gi debet plus q̄ mater ceteris paribus. fi
lij autem debent plus diligi q̄ domestici.
Domestici tamen vt dicit magister snīa.
li. 3. di. 29. c. 3. si sint boni. sunt malis filijs
ꝑponendi. hoc autem exponunt aliqui nō
quātum ad affectum: sed quātum ad ef
fectum: nec qualēcū: sed illum qui ē col
latio beneficiorū vel eleuatio ad regimen
aliorū temporale vel spūale. Potest etiam
ſm Richar. 3. dis. 29. in expositiōe circa
lrām exponi quātum ad affectum. qr be
atitudo debet optari bonis domesticis. non
autem malis filijs pro statu in quo sunt.
Pōt eē etiaꝫ tanta malicia in filijs: ⁊ tan
ta bonitas in domesticis ꝙ simpliciter ex
affectu maiori: magis debet diligi profe
ctus domesticorū q̄ filiorū. ¶ Unde no
tanduꝫ: ꝙ licet aliquādo ꝑposterare cha
ritatis ordinem supdictum. hoc enim cō
tingit fieri aliquādo ex debita causa. vt
cum quis ꝯmune bonum ꝓprio bono ꝑ
ponit in temporalibus. Et hoc lꝫ videatur
ꝑposteratio: magis tamen est perfectior or
dinatio: ⁊ meriti cumulatio. Aliquādo ꝑ
ter causam debitam. vt si quis ex sola libe
ralitate voluntatis sue se magis exhibeat
alicui extraneo q̄ domestico ⁊ cōsangui
neo: ⁊ etiam patri suo: cōsiderando in eo
magis aliquam strenuitatem q̄ dei volū
tatem: vel meriti dignitatem: ⁊ in hoc nō
meretur. Aliquādo cōtra causam debitā:
vt si pater meus īdigeat: ⁊ eo neglecto sb
ueniam extraneo: ⁊ hoc est peccatū. ⁊ sic
dicit magister snīaꝝ li. 3. dis. 29. c. 1. Pec
cat qui preposte re agit. hec Bon. 3. di. 29
arti. 5. c. ¶ Ad euidentiam autem maiorē
huius materie est notandum ſm Bon.
ibidem arti. 6. c. ꝙ tripliciter potest affect⁹
accipi. Est enim affectus passio quedam
mulcebris complacētie: qua scilꝫ delectō
in alterius bono. Et est affectus motus s.
quedam rationalis diligentia: ⁊ ille est du
plex. Quidaꝫ est a charitate elicitus quo
scꝫ quis optat alij summū bonuꝫ. Quidā
vero est imperatus quo scilꝫ quis optat
alij temporale bonum ad cōseruatiōem

nature ordinatum. Est igitur triplex affect⁹
⁊ primum minime respicit ordo charitatis
presignatus. sicut p3 ꝙ aliquis plus dele-
ctatur ⁊ gaudet in respiciendo socium p-
sentem q̃ in recolendo patrem absentem
l3 magis diligat eum. ¶ 2ᵒ vero affectu3
respicit principaliter. magis enim debet
quis optare deum sibi q̃ alijs. post se ante3
magis patri. ⁊ sic deinceps. ¶ 3ᵒ vero re
spicit minus principaliter. vnde p diuersis
opportunitatibus: ⁊ condicionib⁹: ordo ille
quantum ad illum affectum variari potest
⁊ pposterari. ¶ Similiter etiam effectus
eius est triplex. sc3 pcuratio eterne salu-
tis. releuatio temporalis necessitatis. ⁊ cō
missio siue collatio beneficij spiritualis.
sc3 ecclastici. primus ⁊ secūdus respiciūt
personam. sed tertius respicit vtilitate3 cō
munem. Primū respicit ordo charitatis
principaliter. prius enim homo debet p-
curare salutem suam: q̃ proximi. ⁊ prius
patris sui q̃ alterius. ⁊ sic deinceps pce-
dendo. ¶ 2ᵐ effectum respicit minus pn
cipaliter. vnde s̄m diuersas opportunitates
⁊ cōditiones potest ⁊ debet homo magis
⁊ minus esse beneficus alijs. ¶ 3ᵐ effe-
ctū minime respicit ordo charitatis. i. col
latione enim beneficiorū ecclesiasticoru3
parum: aut nihil sanguinis pximitas: ⁊
multum meriti dignitas debet attendi.
¶ Ad hoc nota ꝙ ordo charitatis preas
signatus cadit sub precepto. cum enī3 di
citur Deut. 6ᵒ. Diliges dominū deum tu
um ex toto corde tuo ⁊c. datur intelligi ꝙ
deus debet super omia diligi. cum vero p-
cipitur pximum diligi sicut se. prefert di
lectio sui dilectioni pximi. Significatur
etiam ꝙ pximiores sunt magis diligendi
Et per illud. i. Jo. 3. Debemus pro fratri-
bus animas ponere. i. vitam corporalem.
Innuit ꝙ plus debemus diligere proxi-
mum: q̃ corpus nostrū ppriū. Et ad
Gal. 6ᵒ. Operemur bonu3 ad omnes: ma
xime autem ad domesticos fidei. Innuit
ꝙ inter pximos meliores ⁊ pximiores
sunt diligendi magis. ¶ Sed nūquid p-
dictus ordo charitatis in patria remane
bit. Rndeo s̄m Richar. 3. di. 31. q. 3. arti
3. c. ⁊ Tho. 2ᵃ 2ᵉ. q. 26. arti. 13. c. ꝙ rema-
nebit quantu3 ad hoc ꝙ deus est super om
nia diligendus. Ratiōe vero boni opta
ti diliget meliores plus q̃ se. Minus ve-
ro bonos diliget minus q̃ se. s̄m vero in
tensiōem dilectionis plus diligit se q̃ p-
ximum: etiam meliorem. sed quo ad ordi
nem pximorum ad inuicem: simpliciter
magis diliget quis meliorem s̄m charita
tis amorem. Cōtinget tamen s̄m Tho. ibi
dem in patria ꝙ aliquis sibi cōiunctum
pluribus ratiōibus diliget. non enim ces
sabunt ab animo beati honeste cause dile
ctiōis. Omnibus tamen ratiōibus alijs: ra
tio dilectiōis ex ppinquitate ad deu3 pre
fertur. Et s̄m Richar. vbi. s. c. in fine. ce-
teris paribus intensius vult cōiunctiori
sibi illud bonū qḋ habet.

Equitur videre de 5ᵒ. l. de charita
te quantum ad eius actū. Cir-
ca quod sciēdum. ꝙ actuū cha-
ritatis: quidam ab ea imperantur. ⁊ illi sūt
plures ⁊ s̄m speciem differētes. quia vo-
luntas per charitatem imperat actus om
niū aliarum vtutum. vnde. i. Cor. 13. dici
tur ꝙ charitas omnia credit: omia spe-
rat ⁊c. Quidam ab ea eliciuntur. ⁊ isti eti
am sunt plures: per ordinem tamen se ha-
bentes. Ille tamen qui immediate elicitur
a charitate: ⁊ mediante quo alij actus ab
ea eliciuntur: non potest esse nisi vnus s̄m
speciem: qui est actus diligendi: mediante
quo elicitur actus desiderandi bonum fu
turum: gaudendi de bono presenti: odien
di malum cōtrarium bono ex charitate
amato: ⁊ fugiendi illud cum est futurum
⁊ tristandi de illo cum est presens. ¶ Po
test autem queri de actu diligendi deum.
vtrū habeat modum. ¶ Rndeo. aliquis
actus tripliciter dicitur habere modum.
scil3 aut s̄m limitatiōem essentie. aut s̄m
determinatiōem debitarum circūstantiarū
aut s̄m pportionem medij inter superflu
um ⁊ diminutū. Primo modo omis act⁹
habet modum. ¶ 2ᵒ modo omnis actus
virtuosus. 3ᵒ modo omnis actus virtu-
tis cardinalis. Actus vero virtutu3 theo
logicarū: vt charitatis: est duplex s3 Pe
trum 3ᵒ. dis. 27. q. 4. arti. 4. c. Unus exte-
rior in effectu. ⁊ hic habet modum. Alter
interior in affectu: ⁊ hic non habet mo-
dum. quia mensuram accipit ex rōne ob
iecti mouente que est immensa. pp̄ter qḋ
nulla creatura potest deum diligere quan
tum est diligibilis. vnde dicit Bern. li. de
diligendo deum. Causa diligendi deum:
est modus sine modo. vnḋ nimis se potest
homo affligere i seruitio dei: sed nō nimis

cum amare:eo ꝙ homo exterior ꝑ excel-
lentias corrūpitur:sed interior roboratur
Excellentie enim sensatorū corrūpunt sen
sum:sed non excellentie intelligibiliū in-
tellectum ex 2° de anima. ¶ Sed nūquid
modus diligendi deum qui attendit̄ ſm
determinatiōem debitarū circūstantiarū
⁊ qui p̄cipit̄ Deut. 6°. ⁊ Math. 22°.
Diliges dominū deum tuum ex toto cor-
de tuo ⁊c. impleri potest in via. Rndeo ꝙ
sic aliquo modo. Diligere enim deū ſm
totum cor suum potest tripliciter intelligi.
Uno modo ita ꝙ totum cor hominis fera
tur actu semper in deum. ⁊ hoc erit in pa-
tria. quia esse non potest in via ꝓpter hu
manam infirmitatē. ¶ Alio modo ꝙ ho
mo studium suum deputet ad vacādum
deo ⁊ diuinis: omnibus alijs p̄termissis: ni
si quātum requirit necessitas vite p̄sen
tis. ⁊ hec potest esse in via. non tamen est
cōmunis omnibus habentibus charitatē
¶ Tertio modo ꝙ aliquis habitualiter
ponat in deum totum cor suum: ita scꝫ ꝙ
nihil velit diuine voluntati cōtrarium.
hec est cōmunis omnibus habentibus cha
ritatem. prima totalitas vt terminus vie
nobis ostenditur. secūda cōsulitur. tertia
p̄cipit̄. De primo intelligit̄ illud quod
dicit August. li° de perfectiōe iusticie: ꝙ in
patria implebitur illud Diliges dominū
deum tuum ex toto corde tuo ⁊c. ¶ Circa
modum vero diligendi proximum nota.
ꝙ homo diligere proximum debet sicut se
ipm Math. 22°. Diliges proximum tuū
sicut teipm. Et ibi tangit̄ ratio dilectiōis
per hoc proximum. scꝫ ſm nālem dei imagi-
nem: ⁊ glorie capacitatē. Nec refert vtꝝ
dicat̄ proximus: vel frater. vt dicit̄. i. Jo.
4. vel amicus: vt Leuit. 19°. quia per hec
omia idem significatur. Tangit̄ etiam
ibi modus dilectiōis per hoc qd̄ dicit̄: si-
cut teipm. quod non debet intelligi equali
ter: sed similiter tibi. Et hoc tripliciter. Pri-
mo vt diligas eum ꝓpter deum: sicut teipm
diligere debes. 2° vt velis sibi tm̄ in bo
nis sicut ⁊ tue voluntati satisfacere debes
tm̄ in bonis. ¶ 3° vt non diligas eum ꝓ
pter aliam vtilitatem sed quia vis bonū
sibi sicut vis tibi. ⁊ sic dilectio proximi erit
sancta ex parte finis. iusta ex parte regu-
le dilectiōis. ⁊ vera ex parte recte dilecti-
onis. ¶ Sed nūquid charitatis actus po
test esse mercenarius. Rndeo triplex est
merces scꝫ deus ⁊ creatura. scilꝫ beatitu-
do qua beatificamur i deo. ⁊ merces tem
poralis. loquendo de prima mercede ⁊ se-
cūda: actus charitatis potest esse merce-
narius. vnde ad charitatē pertinet ama
re deum: non tm̄ amore amicitie: sed etiā
cōcupiscentie. vnde Ambro. super illud
Luc. 15° Quanti mercenarij ⁊c. Multi in-
quit mercenarij boni sunt qui spe eterno-
rum deo seruiunt. ¶ Et si obijciatur illud
Bern. li. de diligendo deum ⁊ sine p̄mio
non potest deo seruiri. Seruiēdum tamen
est ei sine intuitu premii. Dicendum ꝙ
intelligit̄ amore amicitie. si enim homo
per affectum amicitie amicum sine intui-
tu premij diligit. vt dicit phus. multoma
gis vult homo deo bonum amore chari-
tatis: sine intuitu alicuius mercedis. sed
per hoc non excluditur qn charitas optet
amore cōcupiscentie illam summā merce
dem obtinere. Illud quidem desiderium
non est amoris naturalis: nec acquisiti:
sed potius gratuiti. precipue illud de quo
dicit Aplus. Cupio dissolui: ⁊ esse cum
Christo. Et hec videtur esse cōmunis opi-
nio. ¶ Aliqui tamen dixerunt: ꝙ cum
amor charitatis sit gratuitus: non intue
tur premiū: sed omnino liberaliter facit
seruire deo sicut patri filius. vnde ſm eos
intuitus mercedis non est a charitate: sed
bene potest esse cum charitate: ⁊ est ab ef-
fectu nature charitatem cōmunicante.
Loquendo autem de mercede temporali:
non est diligendus deus propter merce-
dem scilꝫ principaliter. sed diligi potest ꝓ
pter talem mercedem sicut ꝓpter aliquod
adiuuans ad motum dilectionis. sicut di
stributio quotidiana est ratio aliqua: ꝙ
canonicus vadat ad ecclesiam sed non dꝫ
esse rō p̄ncipalis.

Sequit̄ videre de 6° scilꝫ de odio.
quod opponitur dilectiōi. Circa
quod sciēdum ꝙ odium dei ē ma-
ximū peccatoꝝ. semp enim quod est ſm
se est potius eo qd̄ est ſm aliud. In odio
autem dei voluntas auertit̄ a deo ſm se.
In alijs autem peccatis auertit̄ a deo nō
ſm se sed ſm aliud scꝫ inquātum appetit
aliquā inordinatam dilectiōem: que ha-
bet auersiōem a deo annexam. vnde odi
um dei ſm Tho. 2a 2e. q. 34. ar. 2. ca. est
maxim peccm̄ in spm̄. s. ſm ꝙ peccm̄ in spm̄
sanctū nomiat aliqd̄ genus spāle peccati.

Ideo tamen non computatur inter species eius. quia i oi eius specie invenitur. ſm Tho. ibidem. Intelligēdum tamē ꝙ ⁊ si deus: vt apprehendit in seipo: nō possit odiri. quia vt dicit Diony. 4° ca° de diuinis nominibus. Omnibus amabile est primum bonum. odiri tamen potest a peruersis: ſm ꝙ apprehendit vt actor aliquorū effectuum: qui repugnant eorū inordinate volunati. cuiusmōi sunt inflictio penarum ⁊ ꝓhibitio peccatoꝝ. Odium etiam ꝓximi: cum opponat charitati: est peccatum. vnde. i. Jo. 2. Qui odit fratrē suum in tenebris est. scȝ spūalibus: que sunt peccata. immo est etiam ḡuissimum peccatorum: que cōmittunt in ꝓximum. Grauissimū inquam quātum ad volūtatis deordinatiōem: lȝ ea que cōmittunt exterius sint grauiora quātum ad ꝓximi lesiōeȝ. Orit autem odium ex inuidia directe ſȝ Tho. vbi. s. arti. 6. o. Et hoc vult Grego. 31. moral. Ex ira vero dispositiue. quidam vero dicunt: vt refert Richar. ꝙ potius odium oritur ex iracidia. lȝ aliqō odiuȝ ex aliqua inuidia oriat.

¶ De gaudio. accidia. ⁊ inuidia. ti. 63.

Deinde cōsiderādum est de effectibus cōsequentibus actum charitatis ꝑncipaleȝ q est dilectio. ⁊ de vitijs eis oppositis. Et ꝑmo de effectibus interioribus. 2° de exterioribus. Inter vero interiores. primo de gaudio. 2° de accidia. 3° de inuidia que duo gaudio opponunt. ¶ Circa primuȝ sciēdum: ꝙ amor causat gaudium quando adest amatum. charitas autē est amor dei: qui ex hoc ipo ꝙ amatur: est in amante per nobilissimū eius effectum ſm illud i. Jo. 4. Qui manet in charitate: i deo manet: ⁊ deus in eo. ⁊ ideo spirituale gaudium quod de eo habet: ex charitate causatur.

Sequit videre de 2°. scȝ de accidia. Circa qȝ nota: ꝙ accidia ſm Damas. est quedam tristicia aggrauās: que scȝ ita deprimit animum hominis vt nihil ei libeat agere. Et ideo accidia importat quoddam tedium operandi. vt patet ex glo. super illud psal. Omnē escam abho. est anima eorū. Et a quibusdam dicitur: ꝙ accidia est torpor mentis bona incohoare negligentis. Hec autem tristicia est semper mala: ⁊ peccati. vnde interdicit Ecclisiastici 6°. Non accidieris in vinculis eius. scȝ spūalis sapiētie. Et ſm Alex. 2. t. 2. ca°. de accidia. arti. i. c. scribit per vnum. c. quia dicit ab acedine vnde ꝓuerb. io. dicit. Sicut acetum dentibus ⁊ fum° oculis. sic piger his qui miserunt eum. hinc compara pigritia siue acidia aceto. quia sicut acetum infert dentibus nocumētum corporale scȝ acredinē Ita hoc peccatū infert anime nocumentū spirituale scȝ quādam acredinem spiritualem: ex qua ꝓuenit tedium spūale boni spūalis. Scdm vero Hugi. dicitur ab ad greco: qō est cura siue anxietas animi. ſȝ vero grecum debet scribi cum aspiratiōe sicut achidia. vt dic frater Johes Theutonicus. Est autem accidia ſm genus suum peccatū mortale: cum ſm ꝓpriam ratiōem cōtrarietur charitati. Nam ꝓprius effectus charitatis est gaudium de deo. vt dictum est. s. Accidia vero est tristicia de bono spūali: inquātum est bonum diuinū. ⁊ ideo ſm genus suum est mortalis. Et hoc est verū: quādo motus eius pungit vsqȝ ad ratiōem: ita ꝙ procedit in fugam: ⁊ horrorem: ⁊ detestatiōem boni diuini. quādo vero sistit tm̄ in sensualitate: tunc est venialis. Est etiaȝ vitium capitale vt vult Gregor. 31° moral. ⁊ eius filie sunt sex ſm Gregor. ibidem. sciȝ malicia qua quis detestat bona spiritualia rancor. scȝ ꝯ hoies ad bona spiritualia inducentes. pusillanimitas respectu cōsiliorū. despera. torpor circa ꝑcepta. vagatio mentis circa illicita.

Sequitur videre de 3°. scȝ de inuidia. Circa quam sciēdum: ꝙ sicut dicit Damas. in 2° li°. Inuidia est tristicia d bonis alienis. obiectū enim tristicie est ꝓprium malum. Et ſm hoc de bono alterius potest esse tristicia ꝑ ut apprehendit vt malum ꝓprium. ⁊ ſm hoc dupliciter. vel inquātum ex eo nobis aliquod periculum imminet. scȝ vt ab eo ledamur. ⁊ huiusmōi tristicia non est inuidia. sed est effectus timoris. vt dic phus 2° rhetorice. ⁊ potest esse sine peccato. vt dicit Gregorius 22° moralium. vel inquātum est diminutiuū ꝓprie glorie vl excellentie. ⁊ hoc est quando exceditur ab alio in illo bono. Et hec tristicia

est ꝓprie inuidia. ⁊ est semper praua. vt di
cit phūs 2° rhetorice. ⁊ est ex genere suo
semp peccatū mortale: cum repugnet cha
ritati. q2 dolet de bono ꝓximi: de quo cha
ritas gaudet. Job 5°. Paruulū occidit in
uidia. Sunt tamen pmi motus inuidie
quādoqꝫ etiam in perfectis viris: qui in-
surgunt ex surreptiōe: qui sunt veniales.
Et simile est de inuidia paruulorū: in qui
bus non est vsus ratiōis. ⁊ de motu inui-
die: sm ꝙ est passio sensualitatis. 2° po-
test esse tristicia de bono alterius inq̄ʒtum
deest nobis illud bonum: quod ipse habet.
Et hec ꝓprie est zelus: vt dicit phūs 2° rhe
torice. ⁊ si sit de bonis honestis: est lauda
bil' sm illud. i. Cor. 12. Emulamini caris
mata meliora. Si autem sit de bonis tem-
poralibus: potest esse cum peccato: ⁊ sine
peccato. Potest etiam esse tristicia de bo-
no alterius: inquātum ille est illo indign⁹
que qdem tristicia: vt dicit phūs 2° rheto
rice: est de temporalib⁹ bonis. ⁊ dicitur sm
eum nemesys: ⁊ pertinet ad bonos mores
Et hoc ideo dicit. quia reputabat illa ma
gna. sed sm fidez quasi nihil sunt respectu
futurorū bonorū: que seruant' bonis. Et
ideo huiusmōi tristicia ꝓhibetur in psal.
Noli emulari in malignātibus ⁊c. ¶ Nō
insup ꝙ inuidia sʒ phm 2° rheto. opponit'
nemesy ⁊ misericordie. s misericordie di-
recte sm oppositiōem principalis obiecti
tristat' enim de bonis ꝓximi. misericordia
vo de malis. Nemesy vo opponit' ex par
te eius: de cuius bono tristat'. tristat' eniʒ
de bono dignorū. nemesys vo de bono in
dignorū. Misericordia autem virtus est
⁊ ꝓprius charitatis effectus. vnd̄ inuidia
opponit' misericordie ⁊ charitati. Est au-
tem inuidia vitium capitale: vt dicit Gre
gor. 31. moral. ⁊ tamē est filia inanis glo-
rie. dicit enim phus 2° rhetor. ꝙ amato-
res honoris ⁊ glorie magis inuident. ⁊
forte ꝓpter hoc sm Tho. 2ª 2ᵉ. q. 36. arti.
4. c. iᵒ. non ponit' inuidia vitium capitale
Neqꝫ ab Ysido. li. de sūmo bono. Neqꝫ a
Cassiano li. de institutis cenobior. Sʒ tn̄
vt dicit Greg. ibidem vitia capitalia in-
tm̄ sunt sibi cōiuncta: vt non nisi vnū de
altero ꝓferatur. vnde non est cōtra rōnē
capitalis vitij ꝙ ex alio oriat'. Inuidie
vo filie sm Greg. 31. mora. sunt. 5. scʒ odi-
um susurratio: qua. s. quis diminuit glori
am alterius in occulto. detractio: scʒ qua
quis diminuit maifeste. exulta⁹ in aduer
sis ꝓximi. ⁊ afflictio in ꝓsperis eius. hec
tamen vltima est vno modo ipa inuidia:
inquātum. s. aliquis tristat' de prosperis
alicuius sm ꝙ habent quādam gloriam
Alio modo est filia inuidie: sm ꝙ ꝓspera
ꝓximi eueniunt cōtra conatum inuiden
tis. Emulatio autem ⁊ inuidia ꝓ eodem
accipiunt' in scripturis sanctis: inuidiam
generaliter sumēdo. sumendo aūt vtrūqꝫ
ꝓprie: sic inuidia attendit' in actu interio
ri. Emulatio vo in actu vel effectu exteri
ori. vt dicit gl. sup illud ad Gal. 5. Emula
tiōes inuidie.

¶ De pace ⁊ vitijs opposit. ti. 64.

P Ostea cōsiderādum est de pa-
ce ⁊ vitijs sibi oppositis. Et pri
mo videndū est de pace. 2° de
discordia: que est in corde. 3°
de cōtentione: que est in ore. 4° de rixa.
5° de seditiōe. 6° de scisma. 7° de bel-
lo. Hec enim 4ᵒʳ vltima opponunt' paci:
quātum ad opus. ¶ Circa pmum scien-
dum ꝙ vbicūqꝫ est pax: ibi est concordia
non tamen ecōuerso: si nomen pacis pro
prie sumat'. Cōcordia enim ꝓprie sum-
pta est ad alterū: scilʒ inquātum volun-
tates diuersorū cordium simul cōueniunt
in vnum cōsensum. Et sic concordia im-
portat vnionem appetituū diuersorū ap-
petentium. Et sm hoc concordia potest
esse aliquorū impiorūʒ in malo. Super
hanc autem vnionem addit pax vnionē
appetituūʒ ⁊ motuum vnius appetentis:
scilʒ appetitus sensitiui: ⁊ appetitus intel-
lectiui. ⁊ hoc non est impiorum. quia pax
non est impijs. vt dicitur Ysa. 57°. Non
est pax impijs. ¶ Pax autem vera ⁊ per
fecta per quam omnes appetitus vniun
tur quietati in vno: habetur tm̄ in patria
Hec enim est vltimus finis creature ratio
nalis: de qua in psal. Qui posuit fines tu-
os pacem. Pax vero que habetur in via
est imperfecta. quia ⁊ si principalis mo-
tus anime quiescat in deo: repugnāt ta-
men alij intus ⁊ extra: qui perturbant
pacem istam. Appetunt tamen omnia
pacem. vt dicit Augustinus 19° de ciui.
⁊ Diony. ca° 9° de diuinis nomib⁹. Omne
enī appetens appetit tranquille ⁊ sine im-
pedimento peruenire ad illud qd̄ appetit:
in quo cōsistit ratio pacis quam Augu. 19
de ciui. dei ordinis trāquillitatem diffinit.

non tamē omēs appetunt veram pacem.
sed qdam apparētem: vt mali appetunt in
iquā pacem: mō ꝛ appetitu sibi compteti
bellantes etiam appetūt pacem: quia bel-
lando ad pfectiorem pacem ꝙ habeant: p
uenire querūt. Sicut autem vult phs 9°
ethi°. Ad amicitiā pertinet cōcordia i bo-
nis cōferentibus ad vitā: ꝛ pcipue i ma
gnis. vnde ꝛ Tullius de amicitia dicit: ꝙ
amicoꝝ est idem velle ꝛ nolle. vnde dis-
sensio de minimis ꝛ de opinionib⁹ non re
pugnat imperfecte paci: que habet in via
Est autem pax ꝓprius effectus charitati.
ſm illud ps. Pax mul. dili. le. tu.

Equit videre de 2°. s. de discordia
Circa quam sciēdum ꝙ cum op
ponat ꝯcordie: hoc potest esse du
pliciter. Uno mō per se. vt cum quis a bo
no ꝓximi in quo cōsentire debet: dissen-
tit scienter: ꝛ ex intentiōe. ꝛ hoc est peccatū
mortale ex suo genere ꝓpter cōtrarietatē
quā habet ad charitatem: ex qua cōcor
dia causat. vnde ad Gal. 5. Dissensiōes
i. discordie ponunt inter opera carnis. de
quibus subdit ibi. Qui talia agūt regnū
dei non subsequunt. Primi tamē motus
huius discordie: ꝓpter actus imperfectiōē
peccata sunt venialia. ¶ Alio mō per ac-
cidens. vt quādo aliqui intendunt aliqđ
bonum ptinens ad honorem dei: vel vtili
tatem ꝓximi sed vnus existimat hoc esse
bonū: ꝛ alius non. ꝛ tunc discordia est p
accidēs cōtra bonum ꝓximi. vt fuit int
Barnabā ꝛ Paulum. Act. 15°. qđ perti-
nebat ad defectum humanū: lꝫ hoc ipsum
fuerit ex diuina ꝓuidentia: ꝓpter vtilita-
tem cōsequētē ordinatum. Et tūc discor
dia non est peccatū: nec repugnat charita
ti: nisi sit cum errore circa necessaria ad
salutem: vel nisi sit cum indebita pertinen
tia. Est autē discordia filia inanis glorie
vt dicit Grego. 31. moral. Et hoc est verū
loquēdo de discordia per quam quis ꝓse
quit qđ suum est: ꝛ recedit ab eo quod ē
alterius. Qꝫ vero ab alterius volūtate rece
dat pertinet ad inuidiā. vnde ſm hoc ab
inuidia causat.

Equit videre de 3°. s. de cōtentio-
ne. Circa quam sciēdum: ꝙ pōt
sumi tripliciter. Uno mō put dicit
impugnatiōem veritatis ꝛ modū inordi
natū ſm ꝙ dicit Ambro. ꝙ cōtentio est
impugnatio veritatis cum cōfiden̄ cla-
moris. Et sic est peccatū mortale. ¶ Nota
ꝙ hec clausula. s. cum cōfidentia clamo
ris est circūstantia aggrauans: vnde etiā
sine ea potest impugnatio veritatis esse cō
tentio. vnde ſm Alex. 2. t. 2. c. de cōtentio
ne. arti. 1. c. generalit potest dici cōtentio
impugnatio veritatis: persistēs in sermo-
ne causa vincendi. hec enim cōditio vi-
det poni in glo. 2. Thimo. 2. sup illud. No
li cōtendere verbis. nemo inquit: se pati-
tur vinci. lꝫ sciat vera esse que audit. ¶
Alio mō put est impugnatio falsitatis:
cum debita acrimonia. Et sic est laudabi-
lis. ¶ 3° modo potest sumi put est impu-
gnatio falsitatis cum mō inordinato. Et
sic potest esse peccatū veniale nisi forte tan
ta sit inordinatio: ꝙ ex ea alij scandalizē
tur. vnde Apl's cum dixisset. 2. Thimo. 2.
Noli cōtendere verbis. subdit. ad nihil ē
vtile nisi ad subuersiōem audiētium. Cō
tentio aūt de qua dicit Job. 19°. Nunquid
qui cōtendit cum deo tam facile quiescit.
sumit ibi ꝯmunit p disputatiōe. ¶ Itē
ſm Alex. vbi. s. arti. 2. q. 2. c. cōtentio po
test fieri pluribus de causis. Primo causa
malignitatis. vt cum quis vult iniuste vin
cere: vel animos simpliciū subuertere. Et
sic est peccatū mortale. ꝛ ꝓhibet. 2. Thi.
2. Noli cōtendere verbis. si tamē hoc in
his in quib⁹ non est periculū ex quadam
leuitate fieret: peccatū mortale non esset.
¶ 2° causa necessitatis. sic non est peccatū.
vnde super illud puer. Non cōtendas ad
uersus hominē frustra. gl. nō vetat cōten
dere cōtra male faciētem: vt corrigat. qa
hec frustra non fit. quia certa necessitas
cogit. ¶ 3° causa exercitatiōis. sic non est
peccatū mortale. lꝫ aliqñ ꝓpter indebitū
modum cōtingat esse veniale. ¶ 4° cau-
sa eruditiōis. sic non est peccatū. ¶ 5° ex q̄
dam titillatiōe glorie: vel honoris. sic vi-
det esse peccatū veniale. sic videt Accipi
Luc. 22°. Facta ē ꝯtentio quis eoꝝ vide
ret esse maior. ¶ 6° potest dici cōtentio
conatus bone opatiōis ſm illud Luc. 13.
Cōtendite intrare per angustā portam.
Est autem cōtentio filia inanis glorie. est
tñ affinis inuidie. s. inquātum dissentit ab
eo cum quo cōtendit.

Equit videre de 4°. s. de rixa. Cir
ca quam nota. ꝙ sicut dicit glo.
ad Gal. 5°. vbi rixe ponunt inter
opera carnis. Rixe sunt quādo homines
ex ira se percutiunt. ꝛ ideo rixa videtur
esse quoddam priuatum bellum: quod

agit inter personas priuatas: non ex aliq
publica auctoritate: sed magis ex inordi
nata voluntate. et ideo semp est peccatum.
et in inuadente iniuste est mortale. in defen
dente vero se quandoque potest esse sine peccato. vt
si solo animo repellendi iniuriam illatam:
et cum debito moderamine se defendat. vnde
nec rixa proprie dici potest ex parte eius.
Quandoque fit cum peccato: vt si animo vin
dicte vel odij: vel etiam immoderate se de
fendat. sed cum veniali quidem: quando anim⁹
motus leuis vindicte: vel odij se immiscet
vel cum multum excedit moderatam defen
sionem. Cum mortali autem quando animo
effrenato insurgit in impugnantem ad occiden
dum eum: vel grauiter ledendum. Inua
dentes autem publica potestate non dicun
tur rixari. similiter inordinate se defendentes
resistendo publice potestati. Est autem rixa
filia ire vt dicit Gregi. 31. moral. prouer. 15.
et 29. dicitur. Uir iracundus prouocat rixas etc.

Sequitur videre de 5° s. de seditione.
hoc autem importat quandam con
tradictionem. et in hoc conuenit cum
bello: et rixa. sed differt ab eis in duobus.
Primo quia illa important mutuam impu
gnationem in actu. sed seditio potest dici:
siue huiusmodi impugnatio fiat in actu: si
ue sit preparatio ad talem pugnam. vnde 2
Cor. 12. dicit glo. quod seditiones sunt tumul
tus ad pugnam. s. cum aliqui se preparant:
et intentant pugnare. [illegible] 2° quia bellum est
proprie contra extraneos et hostes quasi mul
titudinis ad multitudinem. Rixa autem est
vnius ad vnum: vel paucorum ad paucos
Seditio vero proprie est inter partes multitu
dinis vnius: inter se dissentientes. vt cum
vna pars ciuitatis excitatur ad tumultum
contra aliam. differt autem a scismate. quia
scisma opponitur spirituali vnitati multitudinis
scilicet ecclesiastice: importat tamen dissensionem
spiritualem. Seditio vero opponitur vnitati mul
titudinis temporali vel seculari. importat
etiam preparationem ad pugnam corpora
lem. Est autem seditio peccatum mortale ex
suo genere. vnde 2. Cor. 12. prohibentur sedi
tiones inter illa que sunt peccata mortalia
Et tanto est grauius quanto bonum commune quod
impugnatur per seditionem est maius quam bo
num priuatum quod impugnatur per rixam. per
tinet autem peccatum seditionis primo et prin
cipaliter ad eos qui seditionem procurant:
qui grauissime peccant. 2° ad eorum sequa
ces. qui vero resistunt eis pro defensione communis
boni: non sunt dicendi seditiosi. Pertur
batio vero regiminis tyrannici: cum non sit
iustum: quia non ordinatur ad bonum com
mune: sed ad priuatum. vt patet per philosophum 2°
pol. et 8° ethi. non habet rationem seditionis.
vnde laudatur qui multitudinem liberat
a tyrannica potestate: nisi forte quando sic
inordinate perturbatur regimen tyranni. quod
multitudo subiecta patitur maius detrimen
tum ex perturbatione consequenti quam ex regi
mine tyranni. Magis autem tyrannus est
seditiosus: qui in populo sibi subiecto dis
cordias et seditiones nutrit: vt tutius domina
ri possit. hoc enim est tyrannicum. cum sit or
dinatum ad proprium bonum presidentis cum
damno multitudinis. Non computatur autem
seditio inter peccata capitalia: nec inter ea
que oriuntur ex illis. vt patet. 31° moral. quia
continentur sub discordia sicut et scisma.

Sequitur videre de 5° s. de scismate.
Scisma autem secundum Isido. li. ethi. a
scissione dicitur animorum. Scissio
vero opponitur vnitati: et ideo proprie peccatum scisma
tis est peccatum spirituale ex hoc quod quis intendit se
separare ab vnitate quam charitas facit
et ideo proprie scismatici dicuntur: qui sponte
et propria intentione se separant ab vnitate ec
clesie: que est vnitas principalis. Unde scis
ma a canonistis describitur: quod est illicit⁹ ab
vnitate vel communitate discessus. 24. q. i.
scisma. Unitas autem ecclesie attenditur in
duobus. s. in connexione membrorum ecclesie
ad inuicem. siue communicatione. et ordina
tione omnium membrorum ecclesie ad vnum ca
put scilicet Christum. cuius vicarius est pa
pa. et ideo scismatici dicuntur: qui subesse re
nuunt pape: et hoc cum quadam rebellione
scilicet cum pertinaciter precepta eius contem
nunt: et eius iudicium subire refugiunt. et
etiam illi qui membris eius communicare
nolunt. Differt autem scisma ab heresi:
quia heresis proprie opponitur fidei. scisma
autem vnitati ecclesiastice charitatis. vnde
sunt diuersa vitia. Et potest etiam dici quod
differunt sicut species et genus. quia om
nis hereticus est scismaticus: et non econ
uerso. nisi scisma durauerit. quia tunc in
heresim incidit. In fine enim sibi confin
git heresim vt recte videatur ab ecclesia re
cessisse. vt dicit Hierony. 24. q. 3. inter he
resim et scisma. vnde infidelitas vel here
sis est grauius peccatum scismate in genere
suo. quia illa est contra deum secundum quod est
in se veritas prima. Hoc autem est

cōtra ecclie vnitatem: que est minus bo-
num deo. vnde heresis primū locuʒ tenet
in penis. xx. q. 7. quid in omibus. Posset
tamē cōtingere q aliquis scismatic⁹ pec-
caret grauius q̄ aliquis infidelis: vel p-
pter maiorē cōtemptum: vel pter maius
piculum qd̄ inducit: vel aliud huiusmōi.
Hiero: tamē videt̄ sentire q scisma sit gra
uius peccatū heresi: ⁊ omi alio peccato. q2
deus ipsum grauius punit: sicut patet p̄ci
pue in Chore Dathan ⁊ Abiron: quos
viuos terra absorbuit. Nume. 16°. ⁊ xx. q.
i. non afferamus. ¶ Ad qd̄ dici potest q
scisma ex quo est radicatum ⁊ firmatū ha
bet heresim annexam. vnde peccat cōtra
illum articulū fidei. Unam sanctā catho-
licam ecclesiam. ⁊ sic est idem crimen qd̄
heresis ⁊ pena equalis. vel forte illi de q-
bus dicit Hiero. cōmiserunt scisma ex ma
iori cōtumacia: ⁊ cōtemptu q̄ alij idola-
triam: pter quod magis peccauerūt. ⁊ id
grauius puniti fuerunt. Puniunt̄ autē
scismatici ⁊ a deo. vt p̄tactum est. ⁊ ab ho
mine iudice. s. spūali per excōicatiōem. Et
si non resipuerint: deponunt̄. di. xx. in no
mine dñi. Et si non possunt aliter destrui:
inuocandum est brachium seculare. ii. q.
i. petimus. Puniunt̄ etiam pecunialīt. xx
q. 7. q autem. Quid autem iuris sit de or-
dinatis a p̄latis scismaticis: vide. j. tracta
tu de sacramento ordinis. ti. a quo habēt
ordines cōferri. Quid etiam iuris sit de
alienatiōibus factis a scismaticis. vide. j.
tractatu de sacramēto ordinis. ti. de causis
⁊ forma alienandi res temporales eccla
rum. Scismaticus autem volens redire
ad vnitatem ecclie: cum omne scisma vix
aut nunq̄ sit sine heresi: scisma debet ab-
iurare: ⁊ ad mādatum ecclie satisfacere: ⁊
recipi cum manus impositiōe: vt accipiat
sanctū spūm qui extra ecclaʒ nō est: nec
dari potest. 24. q. i. omnes. Si autem re-
cōciliatus dicat secum circa ordinem mi
sericordit̄ dispēsatum pbare habet: ⁊ q
ab eo qui pōt dispēsa. ie. ex̄ eo. c. viti.

Equit̄ videre de 7°. s. de bello. de
hoc autem habitum est. s̄. li. i. ti. de
bellis. Nihilomin⁹ tñ p̄ter ea que
dicta sunt ibi possunt hic plura queri. scʒ
vtrū bellare semp sit peccatum. Rndeo
q non. Nam bellare iuste s̄m legem diui
nam est licitum. ⁊ etiam regibus ⁊ p̄ncipi
bus terre p̄ceptum. s̄m q dicit Augusti.
ad Bonifaciū comitem super illud psal.
Et nunc reges intelligite ⁊c. Quō inquit
reges seruiunt in timore: nisi ea que ɔtra
dei iu sta tunt: vel glosa sincritate pb. hen
do: atq̄ plectendo. alit̄ enim seruit rex: q2
homo. alit̄ quia rex. quia homo est: seruit
deo viuendo fideliter. quia rex est: pugnā
do s̄m legem iusticie viriliter. Bellare au
tem iniuste illicitum est ⁊ phibitum s̄m
q ostendit̄ Baruch. 3°. vbi dicit̄ de gigā
tibus: qui ab initio fuerūt statura magni
scientes bellum. non hos elegit deus ⁊c.
¶ Ad maiorē ergo euidētiam sciēduʒ q
ad hoc q aliquod bellum sit iustum 4ᵒʳ
requirunt̄. ¶ Primo auctoritas p̄ncipis
cuius mandato est bellum gerēdum. xx.
q. z. c. i. vnde ⁊ pricipibus dicit̄ in psal.
Eripite paupe. ⁊ ege. de ma. pecca. liberate
¶ 2° causa iusta. vt illi scilʒ qui impugnā
tur: pter aliquam culpaʒ impugnatiōeʒ
mereant̄. xx. q. z. dñs. vnde Augus. in li.
8ʒ. questionū. Iusta bella solent diffiniri:
que vlciscunt̄ iniurias. sic gens vel ciui-
tas plectenda est: que vel iudicare negle-
xerit quod a suis improbe factum est. vel
reddere quod p iniuriam ablatum est.
Sunt autē iuste cause plures. s. maloꝝ co
hertio. bonoꝝ subleuatio. xx. q. i. apud.
Rerū ablatarū repetitio. Iniurie a se vel
ab alijs ppulsatio. xx. q. z. c. i. ⁊. c. dñs. Pa
trie defensio. Infirmoꝝ ptectio. xx. q. z.
fortitudo. ¶ 3° requirit̄ vt intentio bellā
tium sit recta. xx. q. i. quid culpat̄. ⁊. ca°
apud. vbi dicit August. li. de verbis dñi.
Apud veros dei cultores etiam bella p-
petrata sunt qui non cupiditate aut cru-
delitate: sed pacis studio gerunt vt mali
coherceant̄ ⁊ boni subleuent̄. ¶ 4° req-
rit̄ modestia. ⁊ hec cōsistit in duob⁹. Pri
mo vt tantū accipiat quod sibi reputat sa
tisfactum: ⁊ non vltra. Miles eñ habēs
cōtra aliquem iustuʒ bellum suū facit lici
te: quicquid capit ab hoste: vel ab ad-
iutoribus eius: siue subditis: siue alijs:
donec sibi sit satisfactum s̄m suam cōsciē-
tiam: de omi damno dato: ⁊ labore: ⁊ ope
ris: tam suis q̄ hominū suorū. vel donec
hostis ius offerat: ⁊ satisfacere velit. vltra
hoc autem nihil accipere debet: nisi pter
immanitatem criminis priuari meruerit
omnibus bonis: vt propter heresim vel
crimen lese maiestatis. s̄m Ray. ⁊ Ros.
¶ Scdo consistit in hoc vt non ledat
eos qui in nullo prestant aduersarijs su-
is auxilium: vel fauorem. Docens. n. in-

stum bellum pōt non tm̄ aduersariū₃:sed
etiam vasallos ⁊ subditos eius: ⁊ com-
plices ledere.extra de offi.delega.ca°.i. ¶
Alij dicunt q̄ nō potest res pdicte vl ca-
pere:vel personas:nisi q̄diu pugnant cō
tra eum:nisi forte de rebus illorū:vel edi-
ficijs lederet̄.hec Hosti.ex̄ de resti.spo.olī
Si aliquod hoꝝ desit:est iniustum bellū₃
Si tamē hec omīa desint:⁊ tm̄ pro rebus
repetendis quis bellet nō tenet̄ restituere
nisi illud qd̄ abstulit vltra illud quod ha-
buit ille de suo. ¶ Sed obijcit̄ cōtra predi
cta illud Math.26°. Omīs qui acceperit
gladium gladio peribit. ¶ Rndeo vt dicit
Augus.li°.2° cōtra manicheos. Ille acci-
pit gladium qui nulla superiori:aut legiti
ma potestate iubente vel cōcedēte in san-
guinem alicuius armat̄.qui vō ex aucto-
ritate pncipis vel iudicis si sit psona pua
ta.vel ex 3elo iusticie imperiali q̄si ex au-
ctoritate dei. si sit persona publica:gladio
vtit̄.non ipse gladium accipit:sed ab alio
sibi cōmisso vtit̄.vnde ei pena non debet̄
Nec tm̄ illi q̄ etiam cum pctō gladio vtun
tur:semp gladio occidūt̄.sed ipi semp suo
gladio pereunt. quia p pctō gladij eterna-
liter puniunt̄:nisi eos peniteat. ¶ Obyci
tur iterū illud Math.5°.Ego aūt dico vo
bis nō resistere malo. Rndeo q̄ hi° pcce
pta:vt dicit Augus.li.de ser.dn̄i. in monte.
semp sunt seruāda in pparatiōe animi. vt
s.homo semp sit parat° nō resistere:vel se
nō defendere.si opus fuerit. Sed qn̄q̄ tn̄
aliter agēdum est pter cōe bonum: ⁊ eti
coꝝ cum qbus pugnat̄.quia vt dicit Au-
gu.li.in epla ad Marcellinū. Cui licentia
iniquitatis eripit̄:vtiliter vincit̄. ¶ Utrū in
ste bellans possit homies cape:⁊ reb° spo
liare. Rndeo bellum aut iustū est simplici
ter.aut ex cā.si simpliciter:puta ex edicto
pncipis:liberi homies capti fiūt serui ca-
pientiū.⁊ in dn̄iū₃ coꝝ transeūt res occu
pate.ff.de capti.⁊ postli.reuer.l.hostes. Et
tunc peccat seruus si a dn̄o recesserit. 23.
q.5.dicat. vnde res feudales in bello ca-
pte:erunt occupantis.saluo tn̄ iure dn̄i in
nocentis.ex̄ de here.l.excōicamus. Si vō
sit iustum ex cā.puta quia fit ad defensio
nem:⁊ psecutiōem iuris:tunc aut bellās
habet iurisdictiōe₃ sup illos qbus mouet
bellum.aut nō.si sic:quia.s.subditi sūt re-
belles.tunc pōt res coꝝ inuadē ⁊ suas fa
cere.ff.de le.3.l.i. Si autē non habet iuris-
dictiōem iuste tn̄ pugnat.quia alius inua

dit eum.vim vi repellere pōt:⁊ hominem
pcutere:cum moderamie inculpate tutele.
Non licet autem ei psonam vel bona ei°
capere vel detinere:sed res sibi ablatas po
test vendicare.ff.de rei ven.l.in rem actio
hec Hostien.extra de iur.iuran. sicut. Si
autem res eius sint distracte ⁊ ipse loco ea
rum tantūdem de rebus illius abstulit:re
stituere non tenet̄. Debet tamen peniten-
tia sibi imponi p rapina. sicut dicit̄ de il-
lo qui furatus est.io.lib.ei qui debebat si
bi.io. ¶ Utrū clericis ⁊ episcopis liceat fa
cere bella. ¶ Rndeo q̄ nō.scil₃ bella illa
que ad sanguinis effusiōem ordinantur.
q̄nimo potius debēt esse parati pri₃ san
guinem effundere p Christo. vt opere imi
tent̄:quod gerunt ministerio scil₃ altaris
in quo sub sacramento representat̄ Chri
sti passio. Et ideo statutum est vt effundē
tes sanguinem:etiam sine peccato sint ir-
regulares. nulli autem alicui officio depu-
tato licet illud per qd̄ redditur indignus
illo officio. hinc dicit̄ Petro in psona epi
scoporū ⁊ clericoꝝ Math.26° Mitte gla
dium tuum in vaginam. ac si aperte di-
cat. Hactenus tibi tuisq̄ pdecessoribus in
imicos dei corporali gladio licuit psequi.
de cetero autem i exemplum patientie gla
dium in vaginam cōuerte. 23.q.8.ca°.i.⁊
ca° clerici.⁊ ca° sequēti. Possunt tamē p-
lati ⁊ clerici ex auctoritate superioris bel
lis interesse:non vt manu ppria pugnēt.
sed vt iuste pugnantib° spiritualit̄ subue
niant:suis exhortatiōibus:absolutiōibus
⁊ huiusmōi spūalibus subuentiōibus. ¶
Possunt etiam disponere ⁊ inducere ali-
os ad bellandum iusta bella. non eni₃ in
terdicit̄ eis bellare:quia sit peccatum.sed
quia non cōuenit eis tale exercitium. 23.
q.8.hortatu. In persona vero ppria de-
bent vti armis spūalib° scdm illud.2.Cori.
10. Arma militie nostre non sunt carna-
lia:sed spūalia. que qdem sūt salubres ad
monitiōes:deuote oratiōes cōtra pertina
ces:sentēcia excōmunicatiōis. ¶ Ad hāc
etiam questiōem valent ea que dicta sūt
libro pmo titulo de homicidio. qōne. vtrū
liceat clerici maleficos occidere. De hac
materia Hostien.extra de sum.trini.super
decre. Innoc.xpi dilectio. ⁊ modo habe-
tur in 6°. positis super hoc diuersorum
sententijs in fine sententiam sua₃ ponens
dicit q̄ clerici habentes iurisdictionem
temporalem indistincte pnt arma sumere

pro sua: ⁊ suorum defensione. quia hec
omnia iura permittunt. ⁊ probat̃. 23.q.i.
noli. ⁊.q.ii.c.quicũq̃. §.2.bis ita. vſq̃ ad
.§.in registro. Si vero temporalẽ iuriſdictio
nem nõ habẽt. tene qđ notauit Jo. ⁊ alij
ſupradicti. ſcilȝ q̃ talibus non licet ſumere
arma in ꝓpria persona: niſi ad defensiõeȝ
sui. vel niſi hortando. vt. 23.q.fina.§. ec
ce. hec Hostien. ¶ Utrȝ liceat vti insidijs
in bellis. Rndeo q̃ sic. aliquo mõ in bel
lis iustis. Insidie.n. ordinant̃ ad fallen
dum hostes. Dupliciť aũt potest quis ex
dicto vel facto alterius falli. Uno mõ ex
hoc q̃ dicit̃ ei falsum: vel non seruatur ei
ꝓmiſſum. ⁊ hoc nũq̃ licet. vnde hoc mo
do nullus debet fallere hostes. Sunt autẽ
q̃dam iura bellorũ: ⁊ federa etiã inter ipos
hostes seruanda. vt dicit Ambr̃. li. de offi.
¶ Alio mõ ex eo q̃ non aperit̃ ei ꝓpoſitũ
hoc autem nõ semp tenet̃ hõ facere. Uñ
Dñs iuſſit Josue insidias ponere habita
toribus Hay. vt habet̃ Josue. 8. Et huiuſ.
mõi insidie nõ dicunt̃ ꝓprie fraudes. nec
repugnãt iusticie: nec voluntati ordinate
Eſſet.n. inordinata voluntas: ſi qs vellet
sibi nihil ab alijs occultari. ¶ Utrũ in fe
stis liceat bellare. Rndeo. obseruatio fe
storũ: nõ impedit ea que ordinant̃ ad ho
minũ salutem: etiam corporalẽ. Uñ Dñs
arguit iudeos Jo. 7. dicens. Mihi indi
gnamini: quia totum hominem saluũ feci
in sabbato. multomagis autẽ est cõseruã
da salus reipublice: q̃ salus corpalis vni
us hominis. Et ideo ꝓ tuitiõe reipublice fi
delium licet iusta bella exercere in diebus
festiuis. ſi tamẽ hoc necessitas poſcit. alr̃
non. 23.q.8. ſi nulla.

¶ De misericordia. ti. 65.

Deinde cõsiderãdum est de mise
ricordia. huic ꝓprie opponit̃ in
uidia. vt dictum est. s. Dicitur
autem misericordia. quia habe
tur misericordia sup alterius miseria. Uñ
dicit Augusti. 9. de ciui. dei. Misericordia
est aliene miserie in corde nostro cõpaſ
sio qua ſi poſſumus subuenire cogimur.
Unde misericordia non est ad ſenſũ ſi
militudinarie. ſicut ⁊ iusticia ſm q̃ in ho
mine cõsiderant̃ partes diuerse. vt dicit̃
5. ethi. Et ſm hoc dicitur Eccl. 30. Mise
rere anime tue placens deo. Est autẽ mi
sericordia potiſſima inter omẽs virtutes
ad ꝓximũ pertinẽtes. sicut est etiam actus
potioris. supplere enim defectus alicuius:
inq̃tum huiuſmõi est superioris ⁊ melioris
Unde super illud. i. Thim. 4. Pietas ad
omia vtilis est. dicit glo. Ambr. Summa
discipline xpiane in misericordia ⁊ pieta
te est. Et loquit̃ quãtum ad opera exteri
ora. Interior tamẽ affectio charitatis: que
deo cõiungit dilectiõi ⁊ misericordie in ꝓ
ximos preferẽ.

¶ De beneficentia. ti. 66.

Postea cõsiderãdum est de ex
terioribus actibus vel effecti
bus charitatis. Et primo de
beneficentia. 2° cõsideran
dum esset de elemosyna: que est quedam
pars beneficentie. sed de ipa dicetur. 3. li°
S. ti. 26. 3° de correctiõe fraterna: que est
quedam elemosyna. ¶ 4° de offensione ⁊
scandalo: que opponunt̃ beneficentie ⁊
correctiõi. De beneficentia autem satis
dictum est titulo de charitate. arti. 3. ⁊. 4.
¶ Ad p̃ns autem nota q̃ benefacien
dum est omibus ſm illud Gal. vlt. Duȝ
tempus habemus operemur bonum ad
omnes. cũm beneficentia sit effectus cha
ritatis que se extendit ad omẽs. Et ſi om
nibus nõ poſſumus benefacere in specia
li. nullus tamẽ est de quo non poſſit casus
occurrere: in quo oporteat in speciali sibi
bene facere. Et ideo charitas requirit vt
homo: ⁊ ſi nõ actu benefaciat: habeat ta
men in animo suo vt cuiq̃ benefaceret: ſi
loci ⁊ temporis opportunitas adeſſet. Ali
quibus tamen: vt excõmunicatis: ⁊ ho
stibus reipublice: potius sunt subtrahen
da beneficia: inquãtum per hoc arcentur
a culpa. Si tamen necessitas immineret
eis subueniẽdum esset: nõ tamen debito
ne natura deficeret niſi ſm ordinem iu
sticie paterent̃. Lȝ autem omibus sit be
nefaciendum pro loco ⁊ tempore: magis
tamen ceteris paribus nobis magis cõ
iunctis. Gratia enim ⁊ virtutes ordinem
imitant̃ nature quem instituit deus.
Sequitur videre de 2º. Et circa hoc queruntur plura. scꝫ vtrum scandalum sit peccatum. ¶ Respōdeo sicut iam .s. dictum est: duplex est scandalum. scꝫ passiuum: in eo qui scandalizatur. ⁊ actiuum: in eo qui scandalizat dans occasiōem ruine. Scādalum autē passiuum est semper peccatum: in eo qui scandalizat. non enim scandalizat nisi inquātum ruit aliqualiter spūali ruina. que est peccatum. potest tamen scandalum passiuum esse sine peccato eius: ex cuius facto aliquis scandalizat. vt cuʒ quis scandalizat de his que alius bene facit. Similit etiam scādalum actiuum semper est peccatum in eo qui scandalizat. quia vl' ipm opus quod facit est peccatum. vel etiam si habeat speciem peccati: dimittendū est semper ꝓpter proximi charitatem. quia tenet vnusquisqꝫ saluti ꝓximi ꝓuidere. ⁊ sic qui non dimittit: cōtra charitatem agit. Potest tamen scādalum actiuum esse sine peccato alterius. sicut .s. dictum est. ¶ Sed obijcitur quia peccata non eueniunt ex necessitate. omē enim peccatum est volūtariuz. vt s. habitum est. Sed Math.18º dicit Necesse est vt veniant scandala. ergo scandalum non est peccatum. ¶ Rndeo. ꝙ hoc quod dicit Necesse est vt veniant scādala: non est intelligēdum de necessitate absoluta: sed cōditionali: qua scꝫ necesse est pscita vel pnunciata a deo euenire. si tamen cōiunctim accipiatur. vl' necesse est euenire scandala necessitate finis. quia vtilia sunt ad hoc ꝙ qui pbati sunt manifesti fiant. Uel necesse est euenire scandala sm cōditiōem hominum: qui sibi a peccatis non cauent. sicut si aliqs medicus videns aliquos indebita dicta vtentes: dicat. necesse est tales infirmari. quod intelligēdum est sub hac cōditione scilꝫ si dietam non mutēt Et similiter necesse est euenire scandala si homines cōuersatiōem malaʒ non dimittant. hec Tho. 2ª 2ᵉ. q.43. arti.2. o. ⁊ conuenit cum eo Richar.4º di.38. q.io.arti.i.c.4ᵐ. ⁊ Alex.angli.2.t.2.caº de sandalo.arti.2.o. ¶ Est etiam necessarium in vniuersali. non in particulari. Scandalum enim non semper est mortale: sed quandoqꝫ est veniale. vt dicetur .i. vn̄ etiam ruina in diffinitiōe scādali sumit large .s. pro ruina vl' dispositiōe ad ruinā. vn̄ etiā i greco scādalon ñ vñ

significat ruinam:sed etiam impactōez
pedis que est dispositio ad ruinaz:lz nō
necessaria.non enim omis qui pedibus
impingit ruit. hec Richarl.vbi.s̄. ¶
Utrum scādalum sit speciale peccatum.
Rndeo vt.s̄.dictum est.duplex est scan
dalum.actiuum & passiuum.Passiuuz
autem scādalum non potest esse speciale
peccatum.quia ex dicto vel facto alicu-
ius aliquez ruere ptingit fm quodcūqz
genus peccati.Nec hoc ipm quod est oc
casiōem sumere peccandi ex dicto vl'fa
cto alterius spālem ratiōem peccati con
stituit.quia non importat spālem defor-
mitatem speciali virtuti oppositā. Scā-
dalum autem actiuum potest accipi du-
pliciter.per se scz & per accidens. & quid
sit vtrūqz dictum est.s̄.Scādalum autē
actiuum per accidēs:non est peccatū spe
ciale.quia qd est per accidens non cōsti
tuit speciem. Scandalum autem actiuū
per se est speciale peccatum ppter hoc qz
intendit speciale primi nocumētum. &
opponit directe correctiōi fraterne: in q̄
intendit spūalis nocumenti remotio.
Nam ex intentiōe specialis finis:sortit
peccatum ratiōem spālis peccati.quia fi
nis dat speciem in moralibus.vt habi-
tum est.s̄.hec Tho.2ª 2ᵉ.q.43.ar.3.o.
¶ Utrū scandalum sit mōtale peccatuz
Rndeo sicut.s̄.dictum est.scandalum
importat impactiōem quādam per quā
aliquis disponit ad ruinam.& ideo scan
dalum passiuū potest quādoqz esse pec-
catum veniale:q̄si habens impactiōem
tm̄.puta cum aliquis ex inordinato di-
cto vel facto alterius cōmouet motu ve
nialis peccati. Qñqz vero est peccatum
mortale:q̄si habens cum impactiōe rui
nam.puta cuz aliquis ex inordinato di
cto vel facto alterius pcedit vsqz ad pec
catum mortale.Scādalum autem acti-
uum si sit p accidēs potest esse quādoqz
peccatum veniale.puta cum aliquis vel
actuz venialis peccati cōmittit:vl actū
qui non est fm se peccatum:sed habz spe
ciem mali cum aliqua leui inductione.
Quādoqz vero est peccatum mortale:si
ue quia cōmittit actum peccati mortalis
siue quia cōtemnit salutem primi:vt p
ea seruanda non ptermittat aliquis fa-
cere quod sibi libuerit.Si vero scanda
lum actiuum sit per se.puta cum intēdit
alium inducere ad peccādum:siqdem in
tendat inducere ad peccādum mortali
ter:est peccatum mortale.Et similit si in-
tendat inducere ad peccādum venialit
per actum peccati mortalis.Si vero in-
tendat inducere primum ad peccādum
venialiter per actum peccati venialis est
peccatum veniale.hec Tho.vbi.s̄.arti.
4.o.& cōuenit cuz eo Alex.2.1.2.caº de
scandalo.ar.3.o.& Richarl.4.dis.38.q.
10.ar.1.c.4ᵐ.

Equit videre de 3º.Et circa h
querunt plura.scz vtrū scan-
dalum passiuum possit in perfe
ctos cadere.Rndeo qz scādalum passi-
uum importat quādam cōmotiōez ani-
mi a bono in eo qui scādalum patitur.
Nullus autem cōmouet qui rei imobi
li firmiter inheret.Maiores autē siue p
fecti soli deo inherent:cuius non est mu-
tabilis bonitas.quia & si suis plātis in
hereant:non tamen inherent eis nisi in
quātum illi inherent Christo fm illud.i.
Cori.4.Imitatores mei estote sic & ego
Christi.Unde quantūcūqz videant ali-
os inordinate se habere in dictis vel fa
ctis:ipsi a sua rectitudine non recedunt
fz illud psal.Qui cōf.dunt in dño sicut
mons syon:non cōmouebit in eternū.
qui habitat in hierusalē.Et ideo in his
qui perfecte deo adherent per amorē scā
dalum non inuenit fm illud psal.Pax
multa diligētibus legem tuam & nō est
illis scādalum.Unde Hierony.sup illud
Math.18º.Qui scandali.vnum de pusil-
lis istis.dicit nota.qui scandalizat:par
uulus est.maiores enim scādalum non
recipiunt.hec Tho.2ª 2ᵉ.q.43.arti.5.c
¶ Utrum scādalum actiuum possit inue-
niri in viris perfectis. Rndeo qz scāda
lum actiuum pprie est cum aliquis di-
cit vel facit qd de se aptum natum est in
ducere ad ruinam.qd quidem est solum
illud quod inordinate fit:vel dicit.Ad
perfectos autem pertinet ea que agunt:
fm regulam ratiōis ordinare fm illud.i
Cori.14.Omia honeste & fm ordinez fi
ant in vobis.& pcipue hanc cautelā ad
hibent in his in qbus nō solū ipi offen-
derēt:sed etiā aliis offensiōez pararēt.Et
siqdem in eorū manifestis dictis vel fa-
ctis aliqd ab hoc moderamie desit.hoc
puenit ex infirmitate hūana fm quam

a perfectiõe deficiũt. non tamen intũ vt
multum ab ordine ratiõis recedatur. sz
modicum τ leuiter quod non est tam
magnum vt ex hoc rõnabiliter possit ab
alio sumi peccãdi occasio. ¶ Sz obijcit
quia passio est effectus actionis. sz ex di
ctis vel factis perfectorũ aliqui passiue
scandalizant̃ sm̃ illud Math. 15°. Scis
quia phar. sa audito hoc verbo scanda
lizati sunt. ergo ĩ perfectis viris potest in
ueniri scandalũ actiuũ. Rñdeo q scan
dalum passiuum semper causat̃ ab ali
quo scandalo actiuo. sed non semper ab
aliquo actiuo alterius. sed eiusdem qui
scandalizat̃. quia scz seipm̃ scandalizat
hec Tho. 2ª 2ᵉ. q. 43. ar. 6. o.

Equit̃ videre de 4°. Et circa hoc
querunt̃ plura. scilz vtrũ bona
spũalia sint ꝑpter scandalũ di
mittenda. Rñdeo q cum duplex sit scã
dalum. actiuum. s. τ passiuũ. questio ista
non habet locum de scandalo actiuo. qz
cum scandalum actiuũ sit dictum vel fa
ctum minus rectum: nihil est cum scan
dalo actiuo faciendum. habet autez lo
cuz questio si intelligat̃ de scandalo pas
siuo. s. sub hoc sensu. ¶ Utrũ aliquis te
neat̃ dimittere bonum opus ne scanda
lizet̃ ꝓximus. Cõsiderãdum est igit̃ qd
sit dimittẽdum ne alius scandalizet̃. Est
autez de spũalibus bonis distinguendũ
Nam quedam bonũ sunt de necessitate
salutis: que ꝑtermitti nõ possunt sine pec
cato mortali. Manifestum est autem q
nullus debet mortaliter peccare: vt alte
rius peccatum impediat. quia sm̃ ordi
nem charitatis plus debet homo suaz sa
lutem spũalem diligere q̃ alterius. Et idẽ
ea que sunt de necessitate salutĩ ꝑtermit
ti non debent ꝑpter scandalum vitandũ
In his autem spũalibus bonis que non
sunt de necessitate salutis videtur distin
guẽdum. quia scandalum qd̃ ex eis ori
tur quãdoq ex malicia ꝓcedit cum scz
aliqui volunt impedire huiusmõi spũa
lia bona: scandala cõcitando. Et hoc est
scandalum phariseorũ: qui de doctrina
domini scandalizabant̃. quod est ꝯtem
nendum. vt docet Dñs Math. 15. Sini
te eos ceci sunt inquit: τ duces cecoruz.
Quãdoq vero scandalum ꝓcedit ex in
firmitate vel ignorantia. de quo Dñs de
querentibus dragma: ait Petro. Ut au

tem non scandalizem⁹ eos vade ad ma
re τc. Et huiusmõi scandalum est pusil
lorum: ꝑpter quod sunt spũalia opera
vel occultanda: vel etiam interdum dif
ferenda vbi periculuz imminet. quousq
reddita ratiõe huiusmõi scandalum ces
set. Si autem post ratiõem redditã scan
dalum duret: videtur iam ex malicia es
se. τ sicut ꝑpter ipm̃ non sunt huiusmõi
spiritualia opera dimittenda. hec Tho.
2ª 2ᵉ. q. 43. arti. 7. c. τ cõuenit cum eo
Richar. ¶ Utrum opus iusticie sit ali
quãdo ꝑpter scandalum dimittenduz.
¶ Rñdeo. duplex est opus iusticie scilz
vnicuiq quod suum est reddere: τ penã
infligere. Primũ nunq̃ est ꝑpter scan
dalum dimittẽdum: maxime quãtuz est
de voluntate sm̃ illud extra de reg. iuris
qui scandalizauerit. vtilius scandalum
nasci permittit̃ q̃ veritas relinquat̃. ¶
2ᵐ vero scz statutas penas infligere po
test aliquãdo suspendi ꝑpter pericula q̃
inde possunt euenire: τ maxime quãdo
princeps vel multitudo est in scelere. τ
timet̃ si pena infligatur. inde scisma vel
aliud magnum malum euenire sm̃ qd̃
August. li. cõtra epistolã Permeniam
docet. quia tunc pene inflictio non perti
net ad veritatem iusticie ¶ Distinguit̃
tamen vlterius. quia si tales peccatum
quod faciunt quadam auctoritate de
fendant ad modum hereticorũ quasi
non sit peccatum: tunc cõtra tales dor
mire non debet seueritas discipline quin
excõicẽtur. Nam τ tales heretici possũt
dici. de peni. dis. 6. c. i. in fine. τ dis. 40. do
mino sancto. τ dis. 8z. plurimos. Si ve
ro non defendant peccatum suum τ ti
meatur scisma: vel aliud magnum ma
lum: dissimulari potest τ debet. quia vt
dicit August. ad Bonifaciũ. Ubi mul
torum strages latet detrahenduz est ali
quid seueritati: vt maioribus malis sa
nandis charitas sincera subueniat. dis.
40. vt cõstitueret̃. fiant tamen cõmina
tiones de scripturis. Et interim allician
tur caute coꝝ discretiores: quoꝝ aucto
ritate cetera multitudo frangat̃. dis. 44
ostentatiões. hec Alex. an. 2. t. 2. c. de scã
dalo. ar. 5. q. 9. c. τ cõuenit cuz eo Ray.
¶ Utrũ doctrina sit dimittenda propt̃
scandalum. Rñdeo q circa doctrinam
duo sunt cõsideranda. scz veritas que

doceat͛. ⁊ ip̄e actus docendi. quoꝝ̄ pri
mum est de necessitate salutis: vt scȝ con
trariū veritati non doceat: sed veritatem
fm̄ cōgruentiam temporis ⁊ personarū
ꝓponat ille cui officium incūbit docendi
Et ideo ꝓpter nullum scandalum quod
sequi videat͛: debet homo p̄termissa ve
ritate: falsitatem docere. Sed ip̄e act⁹ do
cendi inter sp̄uales elemosynas compu
tat͛. Et ideo eadem ratio est de doctrina
⁊ d̄ alijs misericordie operib⁹: de quibus
agetur. j. li°. 5. ¶ Ad hoc nota regulam
Hierony. scȝ ꝙ dimittendū est ꝓp͛ scan
dalum om̄e qd̄ potest p̄termitti: salua tri
plici veritate. scȝ vite: iusticie: ⁊ doctrine.
vnde extra de regl. iuris. qui scandaliza
uerit: dicit͛. vtilius scandalum nasci per
mittit͛ q̄ȝ veritas relinquat͛. s. vite: insti
cie: ⁊ doctrine. vnde versus. Scandala
ꝓ vita doctrina iusticiaqȝ. Tu non effu
gies. sunt in reliquis fugienda. Uel sic.
Scandala non vitent: iudex: doctor: be
ne viuens. Sunt alij duo versus qui vi
dentur cōtrarij premissis. s. isti. Est veri
tas vite doctrine iusticieqȝ. Primū sem
per habe: duo ꝓpter scandala linque.
Non sunt tamen eis cōtrarij: si bene in
telligant͛. vt patet ex sup̄dictis: ⁊. j. dicē
dis. Distinguit͛ autem fm̄ Alex. angl.
2. t. 2. ca° de scandalo. arti. 6. q. i. scȝ ꝙ ve
ritas vite pertinet ad omēs. ⁊ cōprehen
dit om̄ia precepta ⁊ cōsilia. Ueritas iu
sticie ad prelatos. ⁊ ꝯprehendit seuerita
tem in puniendo reos: ⁊ liberalitatē in
sustinendo miseros. Ueritas doctrine ad
p̄dicatores: ⁊ magistros. ¶ Nō etiam
fm̄ Tho. 2ª 2ᵉ. q. 43. arti. 7. c. 4ᵒ. ꝙ sub
ista triplici veritate non tm̄ cōprehendi
tur illud qd̄ est de necessitate salutis: sed
etiam illud quo peruenit͛ perfectius ad
salutem. fm̄ illud. i. Cor. i2. Emulamini
carismata meliora. vnde etiam consilia
non sunt simpliciter p̄termittenda. neqȝ
etiam misericordie opera ꝓpter scandala
sed sunt interdum occultanda: vel diffe
renda ꝓpter scandalum pusilloꝝ. vt di
ctum est. Quandoqȝ tamen cōsilioꝝ ob
seruatio ⁊ impletio operū mi̅sericordie sūt
de necessitate. quod patet in his qui iam
vouerunt cōsilia: ⁊ in his quibus ex de
bito imminet defectib⁹ alioꝝ subuenire.
vel in t̄palibus: puta pascendo esurien
tem. vel in sp̄ualibus: puta docēdo igno

rantē. siue hu⁹ fiant debita ꝓpter iniunctū
officium. vt patet in p̄latis: siue ꝓpter ne
cessitatem indigentis. Et tunc eadē est rō
de hu⁹ sicut de alijs: que sunt de necitate
salutis. hec Tho: 2ª 2ᵉ. q. 43. ar. 7. c. 4ᵒ
⁊ cōuenit cū eo Rich. 4. di. 38. q. io. ar.
2. c. ¶ Sed nūquid intermittēs ad t̄ps
bonum superogatiōis ꝓpter vitandum
scandalum ꝓueniens ex infirmitate vel
ignorātia p̄iudicat merito suo. ¶ R° fm̄
Rich. vbi. s. ꝙ non. quia talis intermis
sio meret͛ p̄miū equale p̄mio debito ope
ri superogatiōis qd̄ omittit. vel maius.
quia nihil de perfectiōe charitatis dimi
nuit: sed magis ad augmētum disponit.
Quid de operibus que sunt indifferētia
ex genere: cuiusmōi sunt carnes edere: vi
num bibere. t̄palia licite acquirē. ⁊ hu⁹ ¶
Rndeo fm̄ Rich. ibidē talia opera quo
rū omissio nulli p̄iudicat nec operāti: de
bent omitti ꝓpter vitādum scandalū ꝓ
ximi ꝓueniens ex infirmitate vel igno
rantia quādo ꝓbabiliter apparet ꝙ pro
ximus scandalizabit͛ inde. Et si sit ꝓba
bile ꝙ scandalizet͛ mortaliter. omissio ē
sub p̄cepto. si aūt sit ꝓbabile ꝙ nō scan
dalizet͛ nisi venialit͛: omissio est sb̄ cōsi
liō. postq̄ȝ aūt est ꝓximo ostensū ⁊ debito
mō suasum: ꝙ ex tali ope non dȝ scan
dalizari: nō tenet͛ hō illud omittere. q2 si
postea scandalizet͛ h̄ erit ex malicia eius
¶ Pone ꝙ aliqs habeat puram ꝯsciaȝ
apud deum. multi tñ male suspicant͛ de
eo. ⁊ sic scandalizat͛. qd agat. R° p hoc
qd̄ dicit Augu. ⁊ habet͛. ii. q. 3. nō sūt au
diendi. Nobis est necc̄ia vita nr̄a: alijs
fama nr̄a. ⁊ ideo q̄ntum est in se dȝ illis
satisfacē suam bonam intentiōem osten
dendo. ⁊ spēm mali ⁊ occasiōem scāda
li fm̄ ꝙ pōt remouēdo. Si aūt nolūt sa
tisfactiōeȝ recipe de petō illoꝝ dȝ dolē. ⁊
tunc sufficit ei bona cōscia. quia iam ap
paret ꝙ scandalū coꝝ est ex malicia.
Utrū liceat peccare venialit͛ ne ali⁹ pec
cet mortalit͛. Rndeo quidam dixerunt
ꝙ pctm̄ veniale est cōmittendū ꝓp͛ vi
tandū scandalū. s; hoc implicat ꝯtra. si
n. faciēdum est: iā nō est malū neqȝ pcc̄ȝ
Nam peccatum non potest esse eligibile.
contingit tamē aliquid ꝓpter aliquam
circūstantiam non esse peccatum venia
le: quod illa circūstantia sublata esset ve
niale peccatum. sicut verbum iocosum

est veniale peccatum: quādo absq; vtilitate dicitur. Si autez ex causa rationabili proferat᷑: non est ociosum: neq; peccatum. Ex quo autem per peccatum veniale gr̄a non tollatur: per quam est hominis salus. inquātum tamē veniale disponit ad mortale vergit in detrimētum salutis. hec Tho. 2ª 2ᵉ. q. 43. arti. 7. c. 5ᵐ.

¶ Utrū temporalia sint dimittenda ꝓpter scādalum. Rndeo circa bona temporalia est distinguēdum. Aut enim sūt nostra. aut sunt nobis ad cōseruandum cōmissa. sicut bona ecclie cōmittunt᷑ prelatis. ⁊ bona cōmunia quibuscūq; reipublice rectoribus. Et talium cōseruatio: sicut ⁊ dispensatio: imminet his quib⁹ sūt cōmissa ex necessitate. ⁊ ideo non sunt ꝓpter scandalum dimittenda: sicut nec alia que sunt de necessitate salutis. Tēporalia vero quorū nos sumus dn̄i: dimittere ea tribuendo si penes nos ea habeamus: vel non repetendo: si apud alios sint ꝓpter scandalum. q̄nq; quidem debemus: quādoq; autem non. si eni scandalum ex hoc oriatur: ꝓpter ignorātiam vel infirmitatem aliorum: quod. s. dixim⁹ esse scandalum pusillorū: tunc vel totaliter dimittenda sunt temporalia. vel alit᷑ scandalum sedandum. s. per aliquaz admonitiōem. vnde dicit Augusti. in li. de sermone dn̄i in monte. dandum est qd̄ nec tibi nec alteri noceat: quātuz ab homine credi potest. Et cum negaueris qd̄ petit: indicanda est ei iusticia. ⁊ meli⁹ qd dabis: cum petentem iniuste correxeris. Aliquādo vero scādalum nascit᷑ ex malicia: quod est scādalum phariseorū. Et ꝓpter eos qui sic scandala cōcitant: non sunt temporalia dimittenda. quia h̄ etiā noceret bono cōi. daret᷑ enim malis rapiendi occasio. ⁊ noceret ipis rapientib⁹ qui retinendo aliena in peccato remanerent. vnde dicit Gregori. in moral. Quidam cum nobis rapiunt temporalia solūmodo sunt tolerādi. quidam vero seruata charitate ꝓhibendi: non sola cura ne nostra subtrahant᷑: sed ne rapientes: non sua semetipos perdant. ¶ Sed obiicit᷑: ꝙ temporalia nullo cōuenientiori modo cōseruare aut recuperare possum⁹ q̄ꝫ per iudicium: sed iudicio vti non licet ⁊ ꝓcipue cum scādalo. Dicit᷑ n. Math. 5. Ei qui vult tecum in iudicio cōtendere: ⁊ tunicam tuam tollē: dimitte ei ⁊ pallium. ergo ⁊c̄. ¶ Rndeo s̄m Augusti. li. de sermone dn̄i in monte. illud preceptū dn̄i intelligendū est de p̄paratiōe animi vt scz homo sit paratus prius pati iniuriam vel fraudem q̄ꝫ iudicium: si hoc expediat. q̄nq; tamen non expedit. vt dictū est. ¶ Item obiicit᷑. quia Aplus seminans spūalia non accepit stipendia temporalia ne offendiculū daret euangelio Christi. vt patet. i. Cor. 9. Et ex simili cū ecclesia in aliq̄bus terris nō exigit decimas ad vitādum scādalum. ergo multo magis alia temporalia sūt ꝓpter scandalum dimittenda. ¶ Rndeo ꝙ scandalū quod vitabat Apl's ex ignorātia ꝓcedebat gentilium: qui hoc non cōsueuerāt. Et ideo ad tempus abstinēdum erat: vt prius instruerent᷑ hoc esse debitum. Et ex simili causa ecclia abstinet a decimis exigendis in terris in quibus non ē cōsuetum decimas soluere. hec Tho. 2ª 2ᵉ q. 43. arti. 8. o. ⁊ cōuenit cum eo Rich. 4. di. 38. q. 10. ar. 2. o. ¶ Quid si quis petat a me rem meā nūquid teneor sibi eā dare si sciam eum scādalizari nisi dem illam sibi. ¶ Rndet Alex. an. 2. c. 2. c. de scandalo. arti. 7. o. ꝙ respōdent quidam ꝙ rem dare oportet in casu: non semper. aut enim petit irrōnabiliter vel rōnabiliter. si p̄mo modo: non teneor duplici de causa. p̄mo ꝓpter bonum publicuz ad quod pertinet: vt dn̄ium rerum sine rōe non trāsferat᷑. 2° vt petentium temeritas refrenetur. Si vō 2° modo vt cum pauper petit vestem ⁊ tunc aut est magis necessaria mihi q̄ꝫ illi: ⁊ tunc etiam non teneor. tum ꝓpter seruādum charitatis ordinem. tum ꝓpter reprimēdam petentium temeritatem. Aut est magis necessaria illi q̄ꝫ mihi. Aut superflua mihi: necessaria autem illi. Et siue sic siue sic. aut ꝓpono rem illam alij dare: quez scio magis indigere. aut eam reseruo ad temp⁹ in quo multos credo ꝓbabiliter indigere. ⁊ in vtroq; casu non teneor. tum vt petentium temeritas reprimatur. tum vt bonum publicum cōseruet᷑ ad qd̄ pertinet: vt quilibet sua dispenset, put melius potest. aut nō ꝓpono eam alteri dare. ⁊ tunc teneor sibi dare. si probabiliter credam ꝙ scandalizetur: nisi dedero sibi. De hac materia vide. s. li°. i. tit. 44

ar.5.qui est de precepto patiētie respectu ablandōis rerum.

¶ De pplexitatibus cōscie.ti.69.

P Ostea quia ratiōe scandali pplexitas sepe oritur in ɔsciencia: dum timet ex parte vna ꝓximi scandalum. ⁊ ex parte alia casus in peccatum: cōuenienter post titulum de scandalo: subdit hic titulus de pplexitatibus cōscientie. Ubi pmo videndum est de multiplici pplexitate. 2° vtrū sit ponere pplexitatem ꝓut est ineuitabilitas peccandi. 3° de qbusdam casibus pplexis. ¶ Circa pmum sciendū ꝙ sicut notauit Alex.an.2.t.2.c.d pplexitate cōsciētie.ar.1.in pncipio.triplex ē pplexitas. Prima est intelligentie verborum sacre scripture. 2ª est ɔgnitionis faciendorū. ⁊ tam ista ꝙ pma potest esse in hominibus bonis. 3ª est ineuitabilitas peccandi. Prima tollit per cōsiderationem causarū dicendi in diuersis locis sacre scripture. quia intelligētia dictorū ex causis est assumēda dicendi. vt dic Hylarius. 2ª tollitur p vnctiōem spiritus sancti: que de omnibus docet. 3ª per depositiōem cōscie erronee: de qua est ad psens intentio.

C Irca 2m sciendum sm eidem Alex.an.2.t.2.ca° de pplexitate cōscientie. ar.1.c. ꝙ duplex est pplexitas. scȝ iuris ⁊ facti. Iuris est: quādo due auctates cōcurrunt circa aliquid faciēdum cōtrarie sm apparentiam. Facti est. vt cum quis sic errat: ꝙ si vnum peccatū fugiat: aliud se perpetrare credat. Prima remoueri potest ab homie: in quocūqȝ sit statu. 2ª remoueri nō potest ab homie manente in tali statu. vt quādo aliquis ex peccato ꝓprio est pplexus. talis enīȝ dum in illo statu manet vitare non potest: qn peccet de nouo. scȝ vel ꝓximum scandalizādo: vel ɔtra cōsciētiam faciēdo. vt patebit. j. in quibusdam casibus. qui tamē si de peccato peniteret: etiam dubius sine pplexus non esset. De hac perplexitate Gregori super illud Job 4°. Nerui testiculorū leuiathan pplexi sunt. loquens de suggestionibus diaboli. dicit ꝙ plures sic peccare facit: ꝙ si forte fugere peccatū appetāt hoc sine alio peccati laqueo nō euadāt.

¶ Nota etiam ꝙ duplex est necessitas peccandi. scȝ ꝓnitas: ⁊ ineuitabilitas. de prima intelligit illud psal. Saluasti de necessitatibus animā meaȝ. Et illud qd dicit Augusti. li° de natura ⁊ gratia. ꝙ necessitas peccandi non est ex cōditiōe sed ex vitio nature. audit ergo homo ac vt hec necessitas non sit: dicat deo. De necessitatibus meis erue me. hec Augu. liberat enim deus a ꝓnitate: ita ꝙ non deducit ad effectum. Si etiam a deo instanter peteret ꝓut deberet: in peccandi ineuitabilitatem non caderet. aliquādo etiam non caderet si prius peniteret.

C Irca 3m querit de pluribus casibus. Esto ꝙ aliquis sit ꝓmotus simoniace ad sacerdotium: ⁊ ex officio teneat personalit celebrare. nūquid celebrabit: si sic mortaliter peccat: si non populū scandalizat. ¶ Rndet idem Alex.2.t.2.ca° de pplexitate cōsciētie.ar.2.casu.2.c. ꝙ si peccatū talis sit occultū suspensus est ipo iure quo ad se tm. Et tunc si sit in officio celebrandi cum dolore penitētiali perficiat missam sic enim vitat maius malum. Si vero non dum sit in officio celebrandi: dimittat illud officium ꝓpter quod tenet personalit celebrare: ⁊ expectet dispensationis gratiam: si possit eam obtinere. Si vero peccatum eius sit manifestū: tunc dupliciter peccaret: scȝ quo ad se ⁊ quo ad alios: quos scandalizaret. Quid de illo qui vitam heremiticam gerit ex voto: ⁊ vocat ad ciuitatem: ⁊ dicitur ei ꝙ multas animas potest lucrari suo cōsilio ⁊ exemplo. Respōdeo sm eidem Alex. ibideȝ casu 4°. non debet ire. quia cōtra votum ⁊ ꝓfessionem sponte venire: est manum ad aratrū mittere: ⁊ retro aspicere. Nec ꝓdest homini totuȝ mundum lucrari: ⁊ anime sue detrimētuȝ pati. Hoc dico excepto casu: vbi fides periclitaret: ⁊ per eum releuari creditur: vel etiam si per papam cogat. ¶ Quid de existente in seculo: habente parētes pauperes: ac per hoc timente: si relinquat seculum transgredi pceptum de parentibus honorandis: ⁊ ex alia parte vouit relinquere seculum: quid talis agere debet? ¶ Rndet Alex. angli. vbi. s. casu 5°. in 2°. vbi agit de scandalo. ꝙ talis ex quo vouit iam de consilio: factum est ei preceptum relinquere seculum.


¶ Sed vlterius est distinguēdum. quia
aut vouit cum ꝑfinitione temporis. aut
non. si sic. infra tempus illud ꝓuideat
parētibus ſm ꝙ potest. vltra enim illud
non licet sibi differre sine dispensatiōe.
Si non. tenet ad statim: nisi aliqua cō/
ditio interueniat impeditiua. ⁊ tunc etiā
pendente illa cōditiōe ꝓuideat eis ſꝫ ꝙ
potest. al's tenet: vl' statim intrare: vl' ad
minus accelerare quātum potest dictan
te cōsciētia: ⁊ cōsilio salubri. alr esset in
periculo veritas vite. Si vō non interue
nit obligatio: sed est tm̄ cōsilium. In ca/
su potest ⁊ debet differri. p̄ceptum enim
ꝓ tempore ꝓ quo est p̄ceptum: est im/
plēdum. vnde vtrūqꝫ est implēdum ſm
p̄us ⁊ posterius: non ꝙ transgrediat si
non adimpleat cōsilium. sed vnum est
implēdum: quia p̄ceptum. aliud vero est
faciēdum: si velit esse perfectus. ſm ꝙ di
cit in euangelio. Nec credit semper eē
differēdum cōsilium ꝓpter cōtemptum:
nec deperit eius vtilitati spūali: si nūc nō
implet cōsiliū. sed si non implet quādo
spiritus: qui omia scrutat: dictat esse im
plendū. spiritus enim dei quātum est de
se: monebit vt fiat eo modo quo meliori
cōuenit. hec Alex. vbi. s. de hac materia
vide. s. li°. i. ti. de 4° precepto. ar. 3. q. fi.

¶ Quid de illo qui alicui iurauit ꝙ secre
ta eius celabit. ⁊ postea ille cui iurauit ꝓ
curat alicuius homicidiū· qd ille aget.
Rndeo ſm Alex. an. 3. t. 3. ca° de ꝑplexi
tate cōscie. ar. 3. circa operatiōes corpa/
les. cāu 4°. monere debet eum in secreto
fraterna correctiōe ꝓut dicit Math. 18
⁊ si nolit cessare: dicere potest in generali
ei cuius homicidiū ꝓcurat. Aliquis te
vult interficere: ita ꝙ non deprehendat
ab aliqua circūstantia: quis sit ille vt h̄a
bet extra de offi. ordi. si sacerdos. vel si
sit periculū dicere illi. dicēdum est alicui
qui potest ꝓdesse ⁊ non obesse in gene/
rali: vt p̄sbytero ꝙ ꝓmoneat eum dum/
mō sic dicat: ꝙ nullo mō ꝑsonam illam
cōprehendat. Et hoc modo ille non est
reus piurij: quia secretum illius nō in/
dicat. Eccl. 10. Denudare amici mysteria
desperatio est aie infelicis. ¶ Nūquid po
test quis cōmittere veniale: vt alius vi/
tet mortale. Rndet Alex. an. vbi. s. casu
7. ꝙ ſm quosdam perfectus nō debet cō
mittere veniale vt alius vitet mortale. sꝫ
penam temporalē potest sustinere. Impfe
ctus autē potest. ¶ Alij dicunt ꝙ etiam
ꝑfectus potest cōmittere veniale: vt alius
vitet mortale. sed quodāmō cadit a per/
fectiōe. videt autē ꝙ nulla sit tentio ad
peccatū veniale. sed potest esse tentio ad
saluādum alium a peccato mortali. ⁊ si
non potest aliter q̄ꝫ per veniale. ¶ Sed
obijcit illud ad Ro. 9°. Optabam fieri
anathema ꝓ fratrib' meis. i. ꝓ salute eo
rum. Dicēdum ꝙ anathema ibi sumit
ꝓ illa pena que etiam aliquādo infligit
iniuste. ⁊ tunc non est ibi nisi tm̄ pena. ⁊
talis pena est sustinenda ꝓ sua ⁊ aliena
salute spirituali. ſm autem ꝙ dicit penā
iuste inflictam: includit peccatum mor/
tale si tota ratio iusticie assit. Et hoc mo/
do Aplus non optabat. Multi alij ca/
sus ꝑpleri possent hic poni: quos omitto
qꝛ eos alibi posui in alijs locis.

¶ Explicit 2' liber hui' sūme de casib'.

Isti sunt tituli tertij libri q̄ ē de ɔctibus ɔmunibus.

Incipit liber 3⁹ de appropatōe rerum. ti. i.



Initis per dei grām duab⁹ ptibus huius sūme scʒ pma d pceptis. ⁊ 2ª de virtutib⁹ ⁊ vitijs. restat prosequi tertiā ptē eiusdē de ɔctibus ⁊ volūtatib⁹ vltimis. Et q2 in qbusdā ɔctib⁹ ⁊ volūtatib⁹ vltimis transferūt rerum dn̄ia. que quidē trāsferri nō possent iuste si nō eēnt distincta ⁊ appropata. ideo pmo ɔsiderandū ē de rerum appropatiōe. Et circa hāc queruntr plura. s. vtrū possessio rerum exteriorum sit homini naturalis. R⁹ q̧ sic. vt ondit phs p politicorum. p h̄ q̧ impfectiora sunt pter pfectiora. hi⁹ enim exteriora soli deo subiacēt quātū ad suā naturā. quia ei soli oīa ad nutū obediūt. s quantū ad vsū hʒ homo naturale dn̄iū eorum. q2 p rōnēʒ ⁊ voluntatē eis quasi pter se factis vti pōt ad suā vtilitatē. vn̄ h̄ dn̄iū ɔuenit homini sm rōem in qua dei imago ɔsistit. qđ bene ondītur gn̄. i. Faciamus hoiem ad ima. ⁊ simi. no. ⁊ presit piscibus maris ⁊c̄. Utrū rerum dn̄ia in statu inocētie fuissent distincta R⁹ sm scotū. 4. di. i5. q. 2. ar. i. q̧ non. imo erāt ɔmunia. ⁊ sm legē nature. vt patet p illud quod dr̄ di. 8. c. i. Iure vō nature sūt oībus oīa ɔmunia. ⁊. i2. q. i. dilectissimis. Et sm legē diui sapiētis greci. vn̄ di. 8. quo iure. ⁊ ē dēm aug. sup Io. Iure inqt diuino dn̄i ē terra ⁊ plenitudo ei⁹. Iure vō huma no dicit. hec domus est mea ⁊c̄. Ratio aūt huius est duplex. vsus rerum eni ita ɔpetere dʒ hoibus sm rectā rōnē: sicut ɔgruit ad pacificā ɔuersatōeʒ ⁊ necessariā sustētati onē. In statu aūt inocentie ɔmunis vsus rerum sine distinctōe dn̄iorum magis valuissʒ ad vtrūqʒ. q2 tunc nullus occupasset qđ alteri necessariū fuissʒ. s qđ quilibʒ primo sibi necessariū ad vsū occupasset: hoc ad vsū habuisset. hoc etiā mō tunc magi ad sustentationē vsus rerum cōis suffecisset q̄ʒ si p appropatōeʒ vni factā alijs vsus pclu sus fuisset. Hec scot⁹ ibidē. Utrū pceptū illud. s. de habēdo oīa cōia adhuc maneat ita q̧ nulli rē aliquā pprīā possidere liceat R⁹ q̧ nō. s est post lapsum reuocatū. quin imo dicat aug. de heresib⁹. q̧ sunt aliq he retici qui se vocāt aplicos ex hoc q̧ putāt nullā spem habere eos q vtunt his rebus quibus ipsi carent. s. ɔiugibus ⁊ aliquib⁹ possessionib⁹ q̄si pprijs. Est aūt post lapsuʒ p

reuocatū rōnabilr. ꝓpter duo supradicta.
pͦ qꝛ esset ꝯ pacificā ꝯuersationē: vt p ſe
patet. 2ͦ qꝛ eēt ꝯ necessariā sustētationē. qꝛ
hoies nō ita sollicite cōia ꝓcurarēt. ⁊ etiā
fortiores necessaria debilib⁹ auferrēt. Sci
endū tñ ſm tho. 2ᵃ 2ᵉ. q. 66. ar. 2. ꝙ circa
huiusmodi necessaria duo ꝯueniūt hoi. s.
potestas ꝓcurādi ⁊ dispēsandi. ⁊ quo ad
hoc homini aliqua tāꝗ ꝓpria possidere ē
licitū. ⁊ ē humane vite necessariū vt pdcꝫ
ē. Aliud ē vsus rei ipi⁹: ⁊ quo ad hoc non
dꝫ homo habere res exteriores quasi ꝓpri
as ſ; quasi cōes. vt scilicꝫ facile cōicet eas
alijs in necessitatib⁹. i. thiñ. vlti. Diuitib⁹
huius seculi pcipe. seqᵗ. Facile distribuere
⁊ ꝯmunicare. Et sic dicit ambro. ⁊ habeᵗ
di. xlvij. sicut hi. circa mediū capli. Nemo
inqt dicat ꝓpriū quod est ꝯmune ⁊c. Sed
dato ꝙ sit reuocatū illud pceptū: queriᵗ p
quā legē facta sit appropatio reꝝ. Rñdet
scot⁹ vbi supra ꝙ nō ē facta p legē diuinā
vt pꝫ di. 8. c. quo iure. allegato nec p legē
nature: qꝛ nō apparet ꝙ lex nature deter-
minet ad opposita. ipa autē determinauit
ꝙ oia essent cōia. vñ videᵗ dicēdū ꝙ fca
sit p legē positiuā. ⁊ ex hoc etiā seqᵗ ꝙ pᵃ
distinctio dñioꝝ facta fuerit p aliquā legē
positiuā. Ad hoc aūt ꝙ illa pma distictio
fuerit iuste facta opꝫ ꝙ illa lex eēt iusta. ad
hoc vͦo vt illa lex eēt iusta necessariū fuit
ꝙ ei⁹ lator hēret duo. s. prudētiā in se vel i
suis ꝯsiliarijs p quā discerneret ſm rectā
rōem qd faciēdū erat p ꝯmunitate. Et 2ͦ
auctoritatē: sine qua ei⁹ sñia nō ligarꝫ. Est
aūt auctoritas siue pncipat⁹ duplex. vna
ē paterna. ⁊ hec est iusta ex lege nature. q̄
oēs filij teneᵗ patrib⁹ obedire nec ē p legē
aliquā. s. moysi vel euāgelij reuocata ſ; ma
gis ꝯfirmata. Alia auctoritas ē politica q̄
est sup extraneos. ⁊ hec pōt eē iusta ex ꝯmu-
ni ꝯsensu ⁊ electōe ipi⁹ ꝯmunitatis. vt talē
auctoritatē hñs condere possꝫ legē p quā
dñia reꝝ distingueret. ⁊ hoc mō pbabile
ē factū fuisse. nā vel noe post diluuiū disti
uit terras filijs suis: vel ipsi diuiserūt inter
se. ⁊ lex aliqua ꝓmulgata ē vel a patre vl
ab aliquo ab eis electo in pncipē: vel a cō
munitate. cui scꝫ electo cōitas ipsa ꝯmisit
istā auctoritatē terras distinguēdi vel oc-
cupādi. q̄ lex fuit aut potuit esse ista. scꝫ ꝙ
res tūc nō occupata illi⁹ eēt q pus eā occu
paret. Et tūc dispserūt se sup faciē terre: ⁊
vnus occupauit regionē vnā. ⁊ alius aliā
Hec sco. 4. di. 15. q. 2. ar. 1. ¶ Obr aūt. quia
dicitᵗ ab Isid. 4. ethimo. ꝙ cōis oīuꝫ pos
sessio est nālis. Rͦ. hoc p tāto dr. qꝛ ſꝫ ius
nāle nō ē facta distinctio possessionū: ſ; ſꝫ
codicē humanū: qđ ptinꝫ ad ius positiuū
vñ ꝓprietas possessionū nō ē ꝯ ius nāle. ſ;
ei supadditᵗ p adinuētionē rōis humane.
Secūdū aūt alex. an. 3. t. i. c. de ordiatis ad
ꝓximā lege nāli. q. 2. c. notādū ꝙ circa cō
munitatē ⁊ ꝓprietatē reꝝ lex nālis aliqd
dictat qꝛ debitū. aliqd qꝛ bonū. aliqd qꝛ
equū. Quia debitū dictat ꝙ in necessitate
oia sunt cōia. ⁊ hoc mō reꝝ cōicatio ē sub
pcepto. Quia vͦo bonū dictabat i statu na
ture hñ institute oia eē ꝯmunia. i statu vͦo
nature corrupte dictat ꝙ bonū ē aliqua
eē ꝓpria. Quia equū dictat aliqua eē inap
propabilia: vt aerē mare littora. ⁊ ꝙ aliq̄
que sunt appropabilia: si nulli⁹ sint hoīs
occupanti ꝯcedanᵗ. qđ enī sub nulli⁹ est
dñio ꝯcediᵗ occupāti. Et dicit Isid. ꝙ na
turalis est acqsitio coꝝ que terra mariqꝫ
capiunᵗ: vt captio auium ⁊ piscium.

¶ De pscriptione titulus. 2.

P Ostea ꝯsiderandū ē quō reꝝ
dñia iuste trāsferāᵗ. hec aūt trās
latio fieri pōt dupli͛. Uno mō
auctoritate publica. s. pncipis
vel legis. Alio mō auctoritate puata ipsi⁹
dñi imediate possidētis. pᵃ fit in pscribēdo
2ᵃ in ꝯhēdo vel donādo. Primo aūt ꝯsi-
derādū ē de pmo. s. de pscriptōe. ⁊ pͦ qd ē p
scriptio. 2ͦ quot ⁊ q̄ exiguntᵗ ad pscriptio
nē. 3ͦ quot sunt spēs pscriptōis. 4ͦ que res
pscribi psit ⁊ q̄ nō. 5ͦ quib⁹ modis interrū
piᵗ pscriptio. 6ͦ qs sit ei⁹ effectus. ¶ Circa
pᵐ sciendū ꝙ pscriptio vel vsucapio ē ac-
qsitio vtilis dñij vel directi p ꝯseruationē
possessionis tēpore legis diffiniti. i. p spa-
ciū tēporis a lege diffinitū. Est aūt dñium
directū illud qđ hꝫ ver⁹ ⁊ pncipalis dñs
rei. vtile dñium ē illud qđ hꝫ ille q nō est
dñs ſm veritatē ſ; hꝫ rei vtilitatē ac si eēt do
min⁹ ei⁹. vt vasallus feudatari⁹ ⁊ hi⁹. Est
aūt vsucapio ꝓprie pscriptio i imobilib⁹ ac
etiā in reb⁹ incorporalib⁹: vt sūt seruitutes
actōes ⁊ hi⁹. c. ex. de cā pos. ⁊ ꝓpri. cū ecclia.
C Irca 2ᵐ sciendū ꝙ in pscriptione
canonica q̄tuor requirunᵗ. pᵐ est
bona fides. s. ꝙ is q possidet rem
quā possidet credat eē suā: vel credat tra-
dētē eē dñm: vel hñe ius distrahēdi: lꝫ i fcō
erret. ff. de v. sig. bone fidei. ⁊ h̄ bona fides

semp p̄sumit̄ nisi mala ꝓbet̄: cū p̄sumat̄ ignorātia nisi ꝓbet̄ scia. ff. de pba. vi⁹. dr̄ etiā bona fides lʒ erret ī iure. e x̄. d iur̄ pa. cura pastoral' lʒ sec⁹ sit de vsucapiōib⁹. ff. e. de vsucapi. l. nūq̄. §. i. ſm goff. hosti. vo ⁊ ber. itelligūt. c. cura. qn̄ p̄scribēs errat in fc̄o. vt qn̄ ep̄s dedit sine ꝯsensu capli: ⁊ credit̄ ꝙ habuerit ꝯsensū capli. lʒ. n. recipiēs erret ī fc̄o: intelligit̄ tn̄ bonā fidē hr̄e. Sʒ ⁊ ſm ip̄z hosti. dr̄ bona fides lʒ erret ī iur̄ si vir dederit rē alienā vxori putāti donatiōnē valē: ex q̄ donatōe n̄ sit fact⁹ paupior tūc. n. vxor vsucapiet p̄ donato. ff. p̄ donato. l. si vir vxori. nisi forte an̄ vsucapionē ꝯpletā diuortiū fiat. ff. e. p̄ dona. l. i. Si dicat̄ ꝙ error iuris in vsucapiōib⁹ nō pdest vt dictū ē. Rn̄det hosti. ꝙ spāle ē in h̄ casu ꝙ error iur̄ ꝓsit: cū nec alr̄ bonā fidē hr̄et Credit. n. ꝙ vir sit dn̄s: ⁊ sic errat in facto. ⁊ ꝙ possit dare: ⁊ sic errat in iure. ⁊ iō cuʒ sit error mixt⁹ nō nocet error iuris. ff. eo. l. nūq̄. Dr̄ etiā qs hr̄e fidē bonā lʒ habeat sciaʒ dubiā. ff. de vsur. ⁊ fruct. l. qui scit. §. bone fidei. Presumitur autē mala fides si denūciet̄ emptori ꝙ non emat. C. de rei ven. si fūdū. p̄ toti. vel si qs ꝯ leges merce tur. vt pʒ li. xi. co. ti. de agrico. ⁊ colo. ⁊ censitis. l. quēadmodum originarios. ī fine. l. vel si emat a procuratore meo per collusionem. vel si quis emat a luxurioso vel prodigo: cui alienatio bonoꝝ interdicta est cū sciat eū pecuniā scorto datuꝝ. ff. p̄ emptore. l. q fūdū. §. q sciēs. ⁊ l. si qs. Nūq̄ tn̄ hʒ qs ꝯsciaʒ rei aliene: ⁊ tn̄ vsucapit eā vt si iudicis decretū iterueniat. e x̄. e. c. i. ¶ Sciēdū aūt ꝙ nō obest accipiēti mala fides tradētis. ar. e x̄. e. de q̄rta. qd̄ ē veꝝ in p̄scriptiōe. 30. vel. 40. ānoꝝ. dūmō nollit possessor vti accessiōe tēporis illi⁹. s. tradētis: ⁊ h̄ si recipiēs ignorabat illū malā fidē habuisse. ff. de acq. pos. pomponi⁹. §. cuʒ qs. vn̄ nō obstat. C. de p̄scrip. 10. vel. 20. annoꝝ. in auc̄. si fraude ⁊ dolo. l. male fidei. q: intelligit̄ de p̄scrip. 10. vel. 20. ānoꝝ ī q̄ ex vtraq̄ pte reqrit̄ bona fides. ꝓbāt̄ hec oia e x̄. e. si diligēti. i glo. p̄ toti. ¶ Ad hoc nō ꝙ exigit̄ bona fides emētis noīe suo. si vō qs emat noīe alteri⁹: vt ꝓcurator vl' seruus noīe dn̄i. distingue ſm hosti. de duo sc; ꝙ aut emit noīe peculiari. ⁊ tūc siue cuʒ mādato dn̄i siue sui scia siue ignorantia. Ignorātia serui nō dn̄i inspicit̄: nisi forte dn̄o p̄nte ⁊ nō ꝯdicēte emerit. tunc. n. scia dn̄i in p̄iudiciū inspicit̄: si tn̄ p̄ns ꝯdicere nō posset ei nō obesset. Aut emit noīe tn̄ dn̄i ⁊ ei⁹ mādato. ⁊ tūc aut mādatū recipit de incerto: ⁊ tūc idē ē qd̄ s̄. ⁊ si sine mādato emat dn̄o seruū vitiosū. aut mādauit de certo: ⁊ tūc inspicit̄ scia dn̄i: nō serui. ⁊ idē dc̄ʒ ē de vsucapiōib⁹. Et sicut ē distictū de seruo: ita etiā distiguēdū ē de filiofam lias ſm azonē. Qn̄ aūt qs emit vt ꝓcurator ul' nūci⁹: scia vel ignorātia dn̄i tm̄ ē spectāda ¶ Itē notat hosti. ꝙ ī vsucapiōib⁹ reqrit̄ tp̄ūs traditōis nō tp̄ūs ꝯct⁹: vt ī emptiōe bona fides. puta credo me tibi debere. 10. libras ex stipulatōe: do tibi equū alienū quē possideo ī solutōe p̄ his. 10. libris. vtroq; vero ignorātes huc equū ff. e. l. i. Et sic iust⁹ error dat titulū vsucapiōis sec⁹ ē de emptione. si. n. ex cā emptōis putē me tibi teneri ad traditōe; eq: ⁊ iō trado: nō hʒ locū vsucapio p̄ empto: q: emptio nō p̄cessit: neq̄ p̄solutū ex cā emptōis credat̄. diuersitatis hui⁹ rō ē: q: ī ceteris causis tp̄s solutionis īspicit̄. nō. n. refert cū stipulor: utrū illd̄ qd̄ stipulor sciā alienū eē: vel nō. ſ; sufficit ꝙ putē eē tuū cū solueris. In emptōe aūt īspicit̄ tp̄s ꝯct⁹ ⁊ solutōis. ff. p̄ emp. l. 2. §. i. ī fi. Secūdū aūt qd̄ reqrit̄ in p̄scriptōe ē iust⁹ titulus. e x̄. e. si diligēti. ⁊ dr̄ h̄ titulus cā possidēdi. vt donatio emptio ⁊ hui⁹. exigit̄ aūt cā vā nō legitima ſm gof. q: si legitima foret locū p̄scriptio nō hr̄et. q: eadē res ex duab⁹ causis acqri nō posset. e x̄. de fide istru. int̄ dilectos. §. ceteꝝ memorati. in fi. vbi grā. in donatiōe q̄ fit ab ep̄o sine ꝯsensu capli. ver⁹ titulus nō tn̄ legitimus nec sufficiēs p̄stat cāʒ possidēdi ⁊ p̄scribēdi. Et ſm h̄ itelligi pōt illud e x̄. e. de q̄rta. sic ⁊ titulus errone⁹ p̄stat cāʒ p̄scribēdi. ff. p̄ suo. l. fi. ſm. gof. vn̄ nō reqrit̄ ꝙ sit iust⁹ titulus talis q tribuat dn̄iū. e x̄. e. veniēs. ſ; titulus aliq̄lis dat cāʒ p̄scribēdi. vt e x̄. e. si diligēti. in glo. vbi dr̄ ꝙ titulus p̄ tāto dr̄ iust⁹: q: dat cāʒ p̄scribēdi: licʒ in vitate nō sit iust⁹. q: tūc nō eēt p̄scriptio necessaria. vn̄ min⁹ iust⁹ titulus dat cāʒ p̄scribendi: si assit bona fides. s. vt credat titulū sufficere. ¶ Sʒ nūqd necesse ē titulū allegare ⁊ ꝓbare. R. circa h̄ fuerūt plures opi. ſ; tene qd̄ notauerūt ber. ⁊ moderni i. c. si diligēti. quoꝝ opīo approbat̄. li. 6. e. ep̄m vbi dr̄ ꝙ in p̄scriptōe sufficit bona fides. vbi ius cōe vel p̄sūptio nō ē ꝯ p̄scribētē. al' opʒ. i. necesse ē titulū allegare ⁊ ꝓbare nisi sit tāti tp̄is p̄scriptio: c⁹ ꝯrij memoria nō existat. vt ibidē. Et aduerte ſm Io. an.

ibidē q [illegible] ius cōe [illegible] aliud 9 ius [illegible] nō [illegible] cōe [illegible] i fundo meo seruitutē [illegible] ē pter ius cōe est [illegible] ptra [illegible] gnibz [illegible] gēs [illegible] c. vigilāti. vbi [illegible] intētionē suā sup ius cōe: pscribēs bz titulū pbare: aliter nō nisi psumptio habeat ptra eū. Sz quō pbabit pscriptio tāti tpis. R. sm hosti. ex. de v. sig. q p nouale pbabit p testes q dicāt se hēre talē psciaz q semp viderūt et audierūt ita cēnce vnqz ptrariū: et q cōis ē et semp fuit opio q sic fuerit. Si aūt aduersari9 ptra hoc pbare velit: testes eius dicere debēt se talē hre cōsciam q tali tpe ptrariū a talib9 viderunt vel audierūt. Quid ergo si ps vtraqz pbet R°. pferant testes magis idonei et qui dicunt aptiora. ex. de testi. in nostra. vbi de h et sic dicētes se vidisse ptrariū pferri deberent cū alii satagāt negatiuā. 6 q. ii. actor. p totū. Quid si aduersari9 vellet pbare pscribētē nullo titulo possedisse. s poti9 p uiolētiā. et sic mala fide ab initio. nūquid dz audiri. R. hdet ber. ex. c. qm. q sic. qr iste postea pscribē nō potuit. ex. c. vigilāti. et l. c. i. 3m qd regrit ē ptinuatio possessionis. s. q res sit possessa ptinue vsqz ad finē pscriptōis sine iterruptōe. ex. c. illō circa mediū. s. §. vez si g si possessio iterupat: p9 tpa ptinuari nō pnt cū sequētib9. imo regrit spaciū. 30. ānoz. si pscriptor postea nāciscatur possessionē. vel. 40. annis postea pscribit. Itē nisi i illo casu qn possessor recupat sit bone fidei. tūc eni forte statuto tpe pscriberet. C. de prescrip. 30. āno. l. fi. Qñqz tñ etsi possessio nō sit ptinua pficit pscriptio. inchoata eni a defūcto pficit vacāte hereditate: et tñ possessio nō ē in hereditate. ff. de vsucapi. l. nūqz. Et intellige q pscribēs nō tenet pbare ptinuationē possessionis. qr hoc eēt impossibile. s sufficit q pbet se possedisse in tpis pncipio medio et fine. C. ne de statu defun. l. si mater. ad fi. ¶ Quartū ē q res nō sit vitiosa. res aūt dr vitiosa si sit furtiua: vel vi possessa. quā nō tñ fur vel raptor s nec aliqs alius: lz ab eis emerit: vel aliter bona fide habuerit. pscribere vl vsucape pōt. insti. e. §. furtiue. p totū. Itē pter pdicta sm hosti. regrit in vsucapione rei traditio vel quasi. puta psumitur tradita pter patiam et sciam et hi9. qr nec sine possessione que nō acqrit sine traditione vel quasi: vsucapio pcedit. ff. e. sine possessione. p totū. Regrit etiā q distrahēs et tradēs habeat bonā fidē. si eni male fidei possessor alienauerit rē alienā dño [illegible] ignorāte: spectat pscriptio. 30. ānoz. si aūt eo sciēte imputet ei: si infra sua tpa litē nō fuerit ptestat9.

S Equit' videre de tertio. s. de tpe pscriptōis. hc aūt sunt [illegible] ad materiā pntē. vna ē lōgi tpis. vt decē ānoz inter pntes qui sunt in eadē pruincia: vel. 20. ānoz inter absentes. s. q sūt in diuersis pruinciis. altera ē lōgissima vt. 30. vel. 40. ānoz. et vtraqz sm a [illegible] pscriptio hz locū ptra laycos et psonas puatas. vt. 16. q. 3. §. pōt. hodie eni vt dictū ē ā male fidei possessore alienāte rē: ignorante rei dño: spectat pscriptio. 30. ānoz. Ipo aūt dño sciēte: si nō fuit litē ptestat9 sufficiūt decē āni inter pntes. et. 20. inter absentes. vt in auc. vt spon. largi. §. rursus. p totū. coll. 9. nec hoc credit hosti. correctuz eē p pciliū. ex. e. qm. Sz qd si pscripsi rē tuā te pnte p quinqz ānos. et deinde te absente p qnqz. nūqd pscriptio ē pleta. R. q nō: s sicut duplicatur decēniū vbi nullo tpe fuisti pns. sic de decēnio qcqd te absēte trāsiit duplicari dz. vt in. d. auc. §. de pscri. p totū. Contra aūt oēs ecclias necessaria ē pscriptio. 40. ānoz. siue psona puata 9 eccliaz pscribat. siue vna ecclia ptra aliā ex. c. illud. in pn. ptra tñ epm negligentez puertere plebē suā ad fidē post sex mēses pputando a tpe monitionis sibi facte a vicinis epis pscribit p tres ānos et sex mēses pputādo a tpe monitōis sibi facte. vacat ei q puertit eā. s. vt habeat ipam. ex. e. c. i. i ter. et in glo. Itē ptra ecclesiā romanā est necessaria pscriptio centū ānoz. ex. e. cum nobis. in pn. Usucapio vero pplet triēnio ex. e. c. i. in pn. etiā in reb9 ecclesiasticis mobilib9 sm hosti. et gof. 16. q. 3. §. quas actiones. Quidā tñ dixerūt q nō implet in hi9 rebus triēnio s quadriēnio: sicut i reb9 fisci. vt insti. e. § res fisci. hoc aūt triēniū pficit cū ad aliquā horā diei vltime peruenitur. ff. e. l. in vsucapionib9. Insup nota q puatus ipo iure vel p sniaz hois que tenz a romana ecclia vel alia nō pscribit illaz minori spacio cētū ānoz ptra romanā ecclesiā: vel. 40. ptra alias. Catholici vo q bona fide possederūt. 40. ānis bona hereticoz post mortē ipoz. qui qdē catholici putabāt sup illis bonis ab ecclesia romana vel alia: nō pnt molestari. li. 6. e. si que.

SEquit' videre de 4°.s.q̄ res p̄scribi p̄nt: ⁊ q̄ nō. Circa q̄d sciēdū q̄ gn̄aliter oēs res p̄scribi p̄nt. oē ius. ois actio. e.x̄. c. ad aures. in fi. Excipiunt' tn̄ q̄dā que nullo tp̄e p̄nt p̄scribi. vt eccl'ie in crib⁹ nullo tp̄e p̄scribūt': ſ; poti⁹ ex tp̄is diuturnitate augent'. e.x̄. de simo. cū in eccl'ie corpore. Itē nō p̄scribit' ɔtra obediam visitationē ⁊ ꝓcurationē q̄ debēt' rōe visitatōis e.x̄. c. de p̄scriptōib⁹. cū nō liceat. ⁊. c. cū ex officij. Sz ɔtra. e.x̄. co. audins. ⁊ de capel. mo. c. z. ⁊ de p̄uil. c. cū olim ꝓter. ⁊ de excep. cū venerabilis. in oīb⁹ illis innuit' q̄ ɔtra subiectionē ⁊ obediaz p̄scribit'. R̄ndet ad hoc gof. q̄ subiect⁹ p̄ se tn̄ nō p̄scribit. s. libertatē ɔtra subiectionē. ſ; etsi p̄uilegiū libertatis ɔcedat' in ip̄o caueri pōt q̄ hi⁹ p̄uilegiū reuocet'. e.x̄. de deci. dilecti. hoc tam̄ ius implorādi pōt a subdito p̄scribi. ad q̄d accedit. C. de fund. patri. l. fi. que lex federici incip̄it. Iubem⁹ oēs li. ii. vel subdit⁹ ɔtra obediaz p̄scribit nō noīe suo ſ; ei⁹ cui se obediaz tāto tp̄e p̄stitisse allegat. vt prescriptio sit inducta. sic videt' loq. c. cū oli. c. p̄allegato. pōt etiā subdit⁹ p̄ se p̄scribere aliqua q̄ ꝑtinēt ad p̄latū suū. vt e.x̄. c. de q̄rta. ⁊ de iure patro. cura. ¶ Itē eccl'ie ⁊ etiaz loca religiosa necnō decime p̄mitie ⁊ oblationes nō p̄nt a laycis p̄scribi. q̄z nec possideri. e.x̄. c. si diligēti. ¶ Itē nō pōt prescribi limes vel q̄d adheret limiti ep̄atuū ꝓuinciaꝝ vel parrochiaꝝ. 16. q. 3. l; in regulis. ⁊. c. se. inter memoratos. ⁊ e.x̄ de parroch. sup co. Rō ē nc termini ꝓuinciaꝝ ep̄atuū vel parrochiaꝝ ɔfundant'. Itez nec liber homo ꝓ seruo possessus pōt p̄scribi. 16. q. 3. §. pōt. Nec publice functiones agroꝝ. i. ꝑensiōes a colono p̄scribūt'. vt ibidem. Nec colonus p̄'cribit fundū quē colit. C. de p̄scrip. 30. vel. 40. āno. l. male agit' ꝓ toti. Nec via publica amittit' nō vtēdo. ff. de via pub viā. p toti. Nec aqueductus. C. de aqueductu. diligent'. li. ii. Nec q̄daz insignia eccl'ie romane. di. 93. illud. p toti. De his v̄o e.x̄. c. cū nō liceat.

SEquit' videre de quinto. s. quib⁹ modis interrūpit' p̄scriptio. circa q̄d sciendū q̄ interrūpit' dupli'. s. nāliter ⁊ ciuil'r. nāl'r interrūpit' p aque inundationē. p violētā a quocūq; factā deiectionē. ⁊ si res sit furto sublata. ff. c. de vsucapio. nāl'r. p toti. Itē si habitā dimiserit possessionē. vel aliquo alio mō amiserit. ff. de serui. vr. p̄. si edes mee seruiant. Simil'r interrūpit' in iudicio ⁊ e.x̄ iudiciū. i iudicio p libellū p̄ncipi oblatū. q̄nimo p solā p̄cū oblationē ⁊ ad eas rescriptionē. ⁊ hoc valet in ānalib⁹ ⁊ p̄torijs actionib⁹ que p h̄ ꝑpetuant'. s. quo ad interrūpēdā quasi p̄scriptionē. C. q̄n libellus p̄nci. dat⁹ litis ɔte. fa. l. i. ⁊. l. z. Itē p querelā iudici factā ⁊ reiɔuētionē secutā. ⁊ hoc valet in oīb⁹ actionib⁹. C. de p̄scrip. 30. āno. sicut in rē. Itē p litis ɔtestationē. ⁊ hoc etiā in oīb⁹ valet vt ibidē. l. fi. Itē p quasi litis ɔtestationē. vt p denūciationē factā colono in iudiciū vocato. e.x̄. vt li. nō ɔte. q̄m ad fi. Extra iudiciū etiā multipl'r. s. p solutionē vsuraꝝ. ⁊ p cautionē secūdā a debitore factā. C. de p̄scrip. 30. an. cū notissimi. Itē p ꝓtestationē factā corā iudice ordinario vel corā publicis ⁊ honestis ꝑsonis. cum. s. impeditus cā aliqua ꝓcedere nō pōt. e.x̄. de appel. si iust⁹. c. fi. Itē p denūciationē factā colono e.x̄. vt li. nō ɔte. q̄m. vt q̄n citat' corā iudice. p re quā possidet noīe alieno. Itē p ꝓclamationē synodalē. i. in synodo factā. vt cū aliq̄s p̄sbr̄ clamat q̄ alius p̄sbr̄ tenet rē ecclesie sue. Et idē ē si in ɔcilio ꝓuinciali vel gn̄ali. e.x̄. c. de p̄scrip. sanctoꝝ. ⁊ de his fere oīb⁹ nōt' e.x̄. c. illud. Sciendū aūt q̄ sunt quedā tp̄a in quib⁹ p̄scriptio nō interrūpit' quiescat sine dormit. p̄° tp̄e prelati male alienātis. s. quo ad rē alienatā male. s. q̄°diu viuit ⁊ tenet eccliam. 16. q. 3. si sacerdotes. z° tp̄e vacatōis ecclesie. 3° q̄°diu p̄sbr̄ eccl'ie ē heretic⁹. e.x̄. c. c. i. 4° tp̄e scismatis. e.x̄. c. cū nobis. 5° tp̄e excōicatiōis. excōicat⁹ eni nō pōt agere ad īterrūpēdā p̄scriptionē que currebat ɔtra eū. in tēpore ergo excōicatōis non currit p̄scriptio. q̄d intelligit ray. si excōicat⁹ nō sit negligens petere absolutionē. ⁊ idē ē de suspēso. 6° tēpore pupillaris etatis. C. in q̄b⁹ causis nō ē necessaria in inte. re. l. fi. 7° tp̄e quo quis iusta cā ip̄edit⁹ agere nō pōt. ⁊ iste casus ē gn̄alis e.x̄. de appel. ex rōe. 8° tp̄e patrie potestatis. hoc eni ip̄edit ne filiofamilias prescriptio currat. C. de bo. que libe. in pote. cōsti. l. quecūq;. ad fi. ⁊ hoc ē veꝝ de aduenticijs. hec ray. 9° nō currit p̄scriptio i dote mulieris nō soluto m̄rimonio vel vergēte viro ad inopiā. C. de iure dot. in auc. i rebus. Decimo nō currit p̄scriptio debitori nisi adueniēte die vel exītē debiti ɔditiōe vt si ꝓmisi creditori cētū libras si nauis mea venerit. nō currit p̄scriptio ɔtra eū q̄usq; venerit nauis. simil'r si credidisti mihi

cētū libras vsq̄ ad decē ānos non incipit currere ꝯtra te p̄scriptio nisi cōpletis illis decē ānis. C. de p̄scrip. 30. an. cū notissimi. Undecimo tp̄e absentie vt si is ꝯ quē p̄scribit͛ sit ꝓfect⁹ in terre sancte subsidium vel ecclesie. subducit͛ de tp̄e p̄scriptōis tm̄ tp̄s quātū fuit i ei⁹ absentia lapsū. vt. ff. q̄bus ex ca. ma. 25. l. videlʒ. Alii vo dicunt tunc solū debere deduci tp̄s absentie cū in cius absentia vel parū post ei⁹ reditū p̄scriptio ē cōpleta. ⁊ hec accipiūt. ff. ex qb⁹ ca. ma. 25. ab hostib⁹. P̄ma sn̄ia videt͛ magis placere gof. s̄ p̄ma ē equior. 2ᵃ securior s̄ʒ leges. de casib⁹ p̄dictis nōt͛. li. 6. c. cū liceat i glo. fi. Quid de debitis ānnis vel istr̄is vel cuiuslʒ alteri⁹ tp̄is singularis. Et q̄ s̄ʒ leges p̄scriptio currit nō ab exordio obligatōis s̄ a p̄n° cuiuslʒ āni vel mēsis vel alteri⁹ tp̄is. vt in l. ꝑalle. cū notissimi. qđ itelligit͛ s̄m mar. ⁊ pla. s. q̄ opʒ eē tot p̄scriptiones quot dicunt͛ eē solutiōes quib⁹ dicta lex fauere videt͛. Bulgar⁹ vo intelligit q̄ ibi dʒ eē tm̄ vna p̄scriptio. s. 30. an. ꝯputādo a p̄n° cuiuslʒ tp̄is quo solutio fieri debebat. s̄ cessatū ē in solutōe. C. de vsucapi. ꝓ emptore. cū q. Quidā vo distinguunt q̄ si noient͛ āni vt āni bini vel trini tot erūt stipulatōes quot āni. ⁊ tūc hʒ locū sn̄ia p̄ᵃ. Si vero dicat͛ generaliter. puta singulis ānis erit vna stipulatio: ⁊ tūc locū hʒ sn̄ia 2ᵃ. Jo. vo ⁊ azo distinguūt inter legata ⁊ ꝓmissa. in legatis. n. q̄ꝛ tot sunt actiōes q̄t debita tot eadē rōne opʒ currere p̄scriptiones. ideo tale legatū nō vtēdo pōt amitti ⁊ in his ē va sn̄ia p̄ma. in stipulatōib⁹ aūt ē vera sn̄ia secūda. s̄m vo hosti. prima est equior ⁊ maior quo ad ius canonicum.

SEquit͛ videre de sexto. s. de effectu p̄scriptiōis. circa qđ sciēdū q̄ s̄m gof. ex p̄scriptōe tā lōgi tp̄is q̄̄ lōgissimi acq̄rit͛ exceptio ꝯ dn̄m rei vel venditorē cui res fuit obligata. C. de prescrip. 30. vel. 40. an. si quis empti. in p̄n°. Et cū exceptio sit actiōis exclusio. ff. de excep. l. 2. pʒ q̄ directū dn̄ium remanet apud veterē dn̄m. vn̄ ⁊ rē vendicare pōt a quolʒ possessore p̄ter q̄̄ a p̄scriptore vel ab illo q̄ possidet ab eo. p̄scriptor aūt hʒ vtile dn̄iū C. de bonis maternis. l. i. vn̄ hʒ vtilē rei vēdicationē etiā ꝯ dn̄m veterē. cū s̄m leges p̄scrip. dn̄ium mutet͛. ff. de vsucapi. cū quiedes. Nec mireris si ꝑ vsucapionē acq̄rit͛ dn̄ium directū reꝝ mobiliū. ⁊ ꝑ p̄scriptionē vtile imobiliū. q̄ꝛ mobilia facili⁹ tn̄ sūt ⁊ mutant͛ q̄̄ imobilia. vt pʒ de ip̄o noīe. ⁊ pʒ. ff. de acq. pos. si rē mobilē. Si q̄rat͛ q̄re ꝑ p̄scriptionē tollat͛ actio hypothecaria. vt in. l. ꝑalle. si qs. ⁊ nō ꝑ vsucapionē triēnij. ff. de pigno. l. i. §. cū p̄diū. i. R̄. q̄ꝛ ꝑ p̄scriptionē acq̄rit͛ exceptio que excludit oēʒ actionē. e. t. c. ad aures. in fi. s̄ ꝑ vsucapionē triēnij acq̄rit͛ solū dn̄ium. intentio aūt pignoris ab intentōe dn̄ij sepat͛. vt in. § ꝑalle. cū p̄diū. s̄m Jo. ⁊ azo. s̄ s̄ʒ hosti. etiā ꝑ vsucapionē acq̄rit͛ exceptio. q̄ꝛ cui dat͛ actio multo forti⁹ exceptio. C. de ꝓba. sine possidetis. dabit͛ g̊ rōne vsucapionis ⁊ p̄scriptōis legitime actio si nō possideat ⁊ exceptio si possideat. sicut aīt mar. ⁊ ꝓbat͛ in l. quā ꝑ se adducit. C. de p̄scrip. 30. vel. 40. an. si quis. l. emptionis. Quare g̊ aliud ē in vsucapi. ⁊ aliud in p̄scriptōib⁹. R̄. plirius tp̄s hoc facit. hec tho. Ex p̄dictis pʒ q̄ in p̄scriptōe necessaria ē ꝯtinua bona fides ita q̄ in nulla p̄te tp̄is p̄scriptionis p̄scribēs ꝯsciam habeat rei aliene e t. c. c. fi. in fi. ⁊ ita abrogate sūt oēs leges q̄ admittūt p̄scriptionē cū mala fide ⁊ cōtinua. s. quo ad p̄nᵐ mediū ⁊ finē totius tp̄is p̄scriptōis. In longinqua tn̄ p̄scriptione req̄rit͛ etiā s̄m leges bona fides i p̄n° lʒ nō in medio vel in fine. 16. q. 3. p̄scriptionū alie. nec miꝝ. q̄ꝛ eccl̄ia ⁊ iura ⁊ alia secularia trahere pōt idirecte ad foꝝ suū rōne potestatis cuius iudiciū s̄m corpus ⁊ animā ꝑtinet ad ip̄aʒ. e. t. de iudi. nouit. lex etiā dicit q̄ sacre leges nō dedignant͛ sacros canones imitari. de hoc nō. e. t. c. c. fi. in glo. 2ᵃ. sup illo v̄bo. q̄ꝛ̄ ciuilis. Sed qd si tp̄e p̄scriptōis habuit ꝯsciam lesam ⁊ postea incipiat habere nō lesā. nūquid ꝓpter hoc ē p̄scriptio interrupta. R̄. s̄m ber. e. t. c. c. fi. in glo. 4. ⁊ Inno. sup idē c. nō videt͛. q̄ꝛ fuit erronea. vn̄ eā deponere debet. s̄ s̄m hosti. ei ꝯdicit expsse e. t. c. c. fi. vbi in nulla tp̄is p̄te. ⁊ etiā. c. penul. ad fi. ibi. Si vo nōdū 2c. vt enī ibi ꝓbat͛ ⁊ in p̄cedētib⁹. si qs p̄scripserit. nō obest postea mala fides s̄ ꝯtrius actus. si vo ē in p̄scribendo supueniēte mala fide p̄scribere nō pōt. Nec dici pōt fuisse erronea. q̄ꝛ aut pretens ꝓbauit se dn̄m. ⁊ sic nō errabat in h̄ q̄ putabat rē alienā. aut nō ꝓbabat. ⁊ sic nō ē necessaria ꝓbatio p̄scriptōis. C. d̄ rei ven. l. fi. ⁊ sic videt͛ q̄ hec interruptio sit n̄ālis. q̄ꝛ oib⁹ ꝓdest. vt etiā plene inuitur 34. q. 2. si v̄go nesciēs. Sed qd si dubitet an res sit sua: ⁊ hʒ iustā cāʒ dubitationis

Rñdet her. ⁊ hosti. in. d glo. q adhuc ẽ bone fidei possessor ⁊ vtetur fructibus ⁊ pscribit in hoc casu lȝ habeat cõsciaȝ du biã. qꝛ nescit adhuc an sit aliena. Ingrere tñ dȝ de re illa ab aliis vt sic puenat ad veritatẽ. ar. 23. q. 8. occidit finees. ⁊ etiã i tex. in fi. Quid si plat⁹ ꝯsciaȝ habeat rei aliene ⁊ ecclesia habeat bonã fidẽ. Rñdȝ her. in glo. predicta. q dño rei significabit vt petat ⁊ sic ꝯsciam purgabit. qui si veni at ⁊ petat in iudicio tenet platus defendẽ ecclãm ß nõ oberit ecclie ꝯfessio ei⁹ nisi de facto suo ageret. hosti. vo dicit q caute faciat si ꝯsiliũ habeat capli sui ⁊ alioꝝ p boꝝ ⁊ qui melius noverint vitatẽ. ⁊ si in venerit q res sit aliena nõ sua restituat eã Si vo platus habeat ꝯsciaȝ lesam. capi tulũ aũt bonã, dic. ut plat⁹. defendatis vos quãto meli⁹ potestis. 16. q. 7. filiis vel nepo tib⁹. Ad hoc nota ßm q tradit hosti. sicut eñi mala fide nõ prescribũtur res ita nec actiones reales. si eñi dñs remaneo non obstãte pscriptõe cũ mala fide. g ⁊ ipsam rẽ potero vendicare. ff. de rei ven. res alie nas. secus ẽ de psonalib⁹ actionib⁹. vñ quo ad eas nõ derogat legib⁹ antiquis. Nã ⁊ iure canonicũ e x. c. vigilanti. ⁊ c. qm̃ oẽ. ⁊ 34. q. 2. si vgo. tñ in realib⁹ locũ habeat. hoc ex eoꝝ lectione pȝ. In his eñi ꝯside rat ius canonicũ malã fidẽ possidẽtis reȝ ꝯ ꝯsciaȝ ⁊ nõ negligẽtiã nõ petentis quã leges ꝯsiderãt nõ curantes de peccato ut innuit. e x. c. vigilãti. circa mediũ. Et ideo pter aĩe periculũ nõ pscribit aliqs cũ ma la fide in realib⁹. in psonalib⁹ vero ꝯside rari nõ põt mala fides circa rẽ possessam cũ nulla possideat. ß poti⁹ ẽ ꝯsiderãda ne gligentia nõ agẽtis. nec. n. mortalr pecco si tibi nõ soluo dũmõ nõ teneã te multo maxime si ignoro. nã nullus regulariter alicui obligat nisi ꝯsentiat. vñ si vẽdis mi hi rẽ decẽ lib. vel mutuas mihi decẽ libras de volũtate tua habeo eas ⁊ d facili possũ obliuisci q eas debeã tibi. ⁊ etiam si recor dor psumere possũ q si nõ petis vis dona re vel grãm tpis facere. g nec pecco nec malã fidẽ habeo. Etsi petas ⁊ ego soluere nolũ lȝ pter metũ nõ me voces in iudiciũ in ptentũ pscribo. ⁊ sic equũ est in oĩ casu ꝯsiderare bonã fidẽ. C. de ac. ⁊ obli. bonã fidẽ. p totũ. Hec hosti. Pone q pscriptũ sit canonice ⁊ postea pscriptor incipiat ha bere ꝯsciaȝ rei aliene. nũquid tenet resti tuere. videt q sic. qꝛ nõ remittit peccatũ

nisi restituat ablatũ. 14. q. 6. si res. ⁊ nullo iure se defendit. 34. q. 2. si vgo. Sȝ ꝯtrã vi det: qꝛ pscriptõe ꝯpleta tutus ẽ pscriptor ßm ius vtrũqꝫ. e x. c. de quarta. ⁊ c. ad au res. ⁊. 16. q. 3. c. 2. ⁊ 3. g possidet iure. ⁊ si iu re iuste. ⁊ si iuste bñ. ergo iam nõ possidet alienũ ß suũ. ergo retinẽdo illud nõ peccat 14. q. 4. quid dicã. q. n. peccat legis aucto ritate nõ peccat. 23. q. 4. q peccat. in pn. iu re. n. humano hoc ẽ meũ ⁊ hoc ẽ tuũ. di. 8. quo iure. Preterea ꝯditor legis ⁊ cano nis põt dare rẽ alienã. ⁊ si donat tutus sit. ff. de euicti. luci⁹. potuit ergo statuere q q p. 40. ãnos rẽ alienã possideret eius fieret. R⁹ circa hoc diversi diversimode senserũt multi. n. theologi dicũt q talis restituere tenet pter rõnes pmas ⁊ similes. docto res vero iuris fere oẽs dicũt q nõ tenet. ß idẽ sentit Jo. sco. 4. di. 15. q. 2. ar. 1. Isti fulciũt opinionẽ suã iurib⁹. s. 2° allegatis ⁊ r. lib⁹. fulciebat etiã idẽ Jo. rõnib⁹. ⁊ vna sumit ex pte pacifice ꝯuersatõis. lator. n. legis iuste statuere põt illõ qd ẽ necessariũ ad pacificã cõuersatiõeȝ. ß dñium rei ne glecte sicut negligit in pscriptione ⁊ vsu capione trãsferri in occupãtẽ ẽ hi⁹. qꝛ al'li tes essent imortales ⁊ dñia reꝝ eẽnt incer ta ⁊ cõfusa. ex hoc seq possent multa ma la ergo ⁊c. ⁊ hec rõ tangit. 16. q. 3. § põt. ⁊ e x. c. vigilãti. 2ª rõ sumit ex pte iuste pu n tõis. põt. n. lator legis iuste punire trans gressionẽ q̃ vergit in perturbationẽ pacis subditoꝝ. ß talis trãsgressio ẽ negligẽ tãto tpe rẽ suã. ergo ⁊c. 3ª rõ ẽ cõgruitatis. s. bona fides possessoris. si ergo papa ⁊ im perator quib⁹ deus regnum mũdi cõmisit di. 10. qm̃. hoc statuerit p vtilitate reip. qs audeat ꝯdicere. pter hec ⁊ silia dicit q talis restituere nõ tenet. Et iura pmo idu cta intelligũtur añ pscriptionẽ cõpletã. nã p⁹ pscriptionẽ legitime cõpletã res iã nõ ẽ aliena ß ẽ sua. vt in. c qd dicã. ⁊ c. q̃ iure Alanus vo distinguit. qꝛ possessor aut ha buit rẽ ex cã lucratiua ⁊ tũc tenet. ar. ff. d his que in fraudẽ cred. l. qui aũt. § si quid cũ pupillo. Aut ex cã nõ lucratiua. ⁊ tunc nõ tenet. ar. 14. q. 1. qd debet. ß hec opinio ßm hosti. reprobat. C. de pscrip. lon. te. in. l. pen. ⁊ e x. de don. aplice. Bñi. ad fi. Ray. vo distinguit. qꝛ talis possessor aut habet cõsciam remordẽtẽ. s. q nõ possit rẽ pscri ptã sine peccato mortali retinere. aut nõ. si sic restituat eã. qꝛ q facit ꝯ cõsciam etiã erroneã edificat ad gehẽnã. 11. q. 3. qui est

istam si non habet conscientiã consulit ꝙ
restituat eam saltem ꝓpter ambiguũ dupli
citatis.s.ne cupiditas excecauerit eũ. ꝙ si
nolit restituere nõ diffinit precise eũ i sta
tu salutis vel dãnatõis eẽ ꝑpetue. gof fo
dicit ꝙ facere sm primã opinionẽ ẽ ꝯsiliũ
⁊ arbitrariũ nõ necessariũ.⁊ facere sm se
cundã nõ ẽ malũ.de hac.q.e.x.c. vigilanti
in glo. Quid cõsulendũ est ei qui ante ꝑ
scriptionẽ cõpletã ꝑcipit eum a quo emit
dñm non fuisse nec ius vendẽdi habuisse
nũquid ⁊ rẽm ⁊ preciũ ꝑdet. Rñdet ray.
ꝙ vel denũciet dño vt petat rẽ ab eo in iu
dicio vel ꝑsonã aliquã supponat que noĩe
dñi petat.⁊ ita res ab eo ꝑ sñiam euincat.
.ff.de nego.gest.l.at quin natura.§. cũ me
absente.ꝓus tamen ꝙ̃ sñia legatur denun
ciet venditori ꝙ res euincitur ab eo.ff. de
euic.si rẽ.§.vltimo.⁊ postea si ipse q emit si
fuerit absens tpe sñie ꝓmulgate.nec ꝯtra
ius sñia lata fuerit preciũ a vẽditore repe
tere poterit.aliter nũꝙ̃ posset.ff.de euic.si rẽ
.§.i.⁊ e.x.de emp.⁊ ven. si creditori. Nec
obstat qđ dicitur.ff.de neg.gest.at quin nã.
.§.cũ me absente.s. ꝙ ei petenti ꝑ dño dꝫ
exceptionẽ obijcere ꝓcuratoriã.s. dicẽdo
ꝙ nõ ẽ ꝓcurator vel aliã similẽ.q2 hĩ põt
obijcere exceptionẽ dilatoriã iudicij q̃lis
ẽ hec.lꝫ nõ dilatoriã solutionis.ff.man.si
fideiussor.Sed quõ iurabit iste đ calũnia
cũ ipse sciat se possidere mala fide. Rñdet
ray.ꝙ sub hac forma. iuro ꝙ veni ad liti
gãdũ cã iuris mei ꝯseruãdi.ff.de bonis li.
si quis libertũ.vel põt simplr confiteri ꝙ
res nõ ẽ sua nec contra vẽditionẽ ꝓuindica
bit sibi.q2 tenet parcere suo pudori:qđ si
faceret si sciẽs verꝫ negaret.ff.man. qnt'.

¶ De ꝯtractibus in ꝯmuni titulus 3°.

D Einde ꝯsiderandũ ẽ de ꝯtractu
Et ꝓmo in cõi.2° in spãli.q2 vo
in cõtractib' ꝯhunt obligatio
nes ⁊ he aliq̃ nõ tenẽt nisi ap
ponant renũciatiões. ⁊ iterꝫ in ꝯtractib'
interueniũt pactiones:idõ ad pleniorẽ instru
ctionẽ ꝓmo dicẽdũ ẽ de ipis ꝯtcibus i cõi.
2° de obligatõib'. 3° de renũciatõib'. 4° de
pactis. de qb' oib' cõpẽdiose dicẽt plima
sine iuriũ allegatõib' trãscẽdo cã breuita
tis. Circa ꝓmũ vidẽdũ ẽ ꝓmo qđ sit ꝯtctus
2° de diuisione ꝯtcuũ. 3° de ꝯtcib' inutilib'
rõe ꝑsonarꝫ. 4° de ꝯtcib' inutilib' rõe rerꝫ
Et hec quattuor ad expeditionẽ faciliorẽ
⁊ breuiorẽ ponẽtur sm ꝙ i sũma rolãdina
ꝯtinẽtur.⁊ ea q̃ de his dicẽtur fere omnia
probari possent ꝑ insti.de inuti.stip. Quã
tũ ad ꝓmũ igit dicẽdũ ꝙ ꝯtctus est ꝓprie
vñ vltro citroqꝫ.i.hic inde orit obligatio
ꝓprie dr ibi ad drãm ꝯtctus impropꝛie vel
etiã magis impropꝛie dicti. in ꝯtctu enim
ꝓprie dicto pars vtraqꝫ mutuo obligatur
vt in emptione ⁊ venditione.in locatõe ⁊
conductione ⁊ in arrarꝫ datione. vt infra
patebit de singulis horꝫ. Impropꝛie dr con
tractus quando vna pars obligatur non
ecõuerso. vt in mutuo. Magis ĩpropꝛie
dr ꝯtractus quando ex nulla parte obli
gatio oritur: ſ magis obligatio facta dis
soluit. vt in transactione. Scđm autem
rođ.ti. de nego. secularib'. ꝯtctus est vltro
citroqꝫ obligatio ex volũtate ⁊ pacto sur
gens ꝓiium. vt emptio venditio ⁊ locatio
Quasi cõtractus ẽ obligatio qua quis ob
ligat alij ex aliquo officio licito ⁊ honesto
lꝫ nõ interueniat expssa volũtas vtriusqꝫ
partis. vt tutela ⁊ cura. tutor.n. pupillo ⁊
curator minori vel furioso obligantur ex
sua admistratõe quasi ꝯtraxissent cũ eis.
Constat aũt ꝯtctus ex trib'.s.ꝑsonis rebus
⁊ obligationib'.⁊ hoc in pluribus vt pꝫ
ex predictis.

S Equitur videre de 2°.s.de diuisione
ꝯtctuum. Circa quod sciendũ ꝙ
ꝯtctuũ alij sunt noĩati. alij inoĩati.
⁊ alij magis inoĩati. Noĩati sũt vt vẽditio
emptio locatio ⁊ conductio. cõmodatũ
depositũ mãdatũ societas ⁊ pignus. Qui
ideo dicũt noĩati.q2 nomẽ euiuslibꝫ corꝫ
ita ꝓprie sibi cõuenit vt nulli alij cõtractui
accõmodari possit. Innoĩati ꝯtctus sũt in
quadruplici dñia. vna ẽ do vt des. vt do
tibi domũ meã vt des mihi vineã tuã. 2^a^
ẽ facio vt facias. vt scribo tibi librũ vt edi
fices mihi domũ. 3ª est do vt facias. vt do
tibi equũ vt scribas mihi librꝫ. 4^a^ ẽ facio
vt des. vt doceo te grãmaticã vt des mihi
tritici mensurã vnã. Dicũt aũt isti ꝯtctus
inoĩati.q2 corꝫ noĩa ita vaga sunt ꝙ alijs
ꝯtcib' noĩatis accõmodari pñt. vñ do vt
des põt accõmodari emptioni ⁊ vẽditõi.
vẽditor.n.dat rẽ vt emptor det preciũ. do
aũt vt facias põt accõmodari locationi ⁊
cõductõi.q2 cõductor dat pensionẽ vt lo
cator sibi faciat.i.prestet ptãtẽ vtendi. Cõ
tractus magis inoĩati dicũt pacta.ꝓ eo
ꝙ nomẽ pacti ẽ adeo generale ꝙ omnib'
ꝯtcib' noĩatis ⁊ inoĩatis accõmodari põt

⁊ continet omnia que sunt causa obliga
tionis contrahende vel tollende.

Sequitur videre de tertio.s.de ꝯtra
ctibus inutilibus rõne psonaꝝ.
Circa q̃d sciendũ ꝙ in vniuerso
colligi pñt.iz.oĩe psonaꝝ quarũ ꝯctus
regulariter est inutilis. regulariter dixi.
qꝛ alique ex eis in aliquibus casibꝰ se pñt
obligare vt infra patebit. Uiciaẜ aũt con
tracꝰ ex ipis psonis:qdã rõne etatis.qdã
rõne ꝯditõis.qdã rõne morbi.qdã rõne
delicti.De quibꝰ oibꝰ p ordinẽ ẽ videndũ
Rõne etatis reddiẜ ꝯtractus inutilis in
q̃tuor psonis.que sũt ĩfans.maior ĩfante.
ꝓximꝰ pubertati.⁊ pubes.Ad quoꝝ eui
dentiã sciendũ ꝙ oẽs psone aut sunt eta
tis legitime.aut nõ.Etas legitima ẽ a.25.
ãnis ⁊ ũ.⁊ huiꝰ etatis hoĩes diciẜ maiores
Etas aũt illegitima ẽ infra.25.ãnos.⁊ huiꝰ
etatis hoĩes diciẜ minores.Et hoꝝ.s.mi
noꝝ aliȷ̃ dicunẜ puberes.aliȷ̃ ĩpuberes.pu
beres sũt a.14.º ãno ⁊ supra masculi.⁊.12.º
ãno sunt feĩe.⁊ hi etiã diciẜ adulti ⁊ ado
lescẽtes.Impuberes vero sunt masculi mi
nores.14.ãnis.⁊ isti etiã vocanẜ pueri.⁊
puelle minores.12.ãnis.⁊ si patrẽ nõ hñt
dicunẜ pupilli ⁊ pupille. Impubeꝝ autẽ
aliȷ̃ sunt infantes.s.masculi ⁊ feĩe a die na
tiuitatis vsq̃ ad septimũ ãnũ. Aliȷ̃ sũt ꝓ
ximi infanti vt q̃ sunt septẽ ãnoꝝ ⁊ ũ vsq̃
ad vndecimũ ãnũ ⁊ dimidiũ masculi.feĩe
vsq̃ ad decimũ ⁊ dimidiũ.deinde võ vsq̃
ad.14.masculi ⁊ vsq̃ ad.12.feĩe diciẜ ꝓxi
mi pubertati. His visis sciẽdũ ꝙ infans
nec nãliter nec ciuilr̃ põt obligari aliȷ̃ nec
aliũ obligare sibi.Ille aũt q maior ẽ infan
te siue qui ꝓximꝰ ẽ infanti aut ꝯhit alium
obligãdo sibi.⁊ hoc hũ põt. qꝛ põt suam
vtilitatẽ facere etiã sine tutoris auctorita
te.vt.ff.rẽ pup.sal.fo.l.seruũ pupilli. Aut
ꝯtrahit se obligando aliȷ̃.⁊ tunc distigue.
qꝛ aut hꝫ tutorẽ.aut nõ.si nõ hꝫ ꝯtrahere
nõ põt nisi in duobꝰ casibꝰ.s.in sponsalibꝰ
de futuro ⁊ q̃ñ fit locupletior. Si aũt hꝫ
curatorẽ aut ꝯtrahit cũ eo. aut cũ alio. si
cũ eo nõ tenet ꝯtractus nec obligaẜ nãlr̃
nec ciuilr̃.si tñ ꝯtrahat auctoritate alteriꝰ
tutoris si hꝫ aliũ tutorẽ.tunc licet si dece
ptus eẽt restitutionẽ petere posset: obligaẜ
nãliter ⁊ ciuilr̃.Si cũ alio aut ꝯtrahit cũ
auctoritate tutoris. ⁊ tũc obligaẜ nãliter
⁊ ciuilr̃: licꝫ si deceptꝰ fuerit restitui possit.
Aut ꝯtrahit sine auctoritate tutoris.⁊ tũc
obligaẜ nãliter tñ.sola tñ obligatio nãlis

est inefficax ad agendũ tñ.⁊ sic ꝯtractus
ꝯstat ex vno latere tñ.qꝛ qui emit obliga
tus ẽ pupillo.nõ aũt pupillus sibi nisi sit
factꝰ ditior.ff.de ac.emp.iulianꝰ.§.pen.per
totũ.Et q̃d dictũ ẽ de ꝓximo infanti dicen
dũ ẽ etiã de ꝓximo pubertati:excepto vno
casu.s.q̃ñ ꝓximꝰ pubertati in ꝯtractu cõ
mittit dolũ:teneẜ in solidũ.vt insti.de inu.
stipu.§.pupillus.⁊.§.ꝫ q̃d diximus.i tex.
⁊ in glo.p totũ. Pubes minor.25.an. siue
sit paterfamilias siue filiusfamilias teneẜ
de ꝯtractu facto a p̃decessore suo. ⁊ hoc si
ipse p̃decessor tenebaẜ.alr̃ nõ. De ꝯtractu
aũt facto a tutore suo quondã teneẜ pu
bes talis si tutor cõtraxit sup rebꝰ que ser
uando seruari nõ possent.nec restituiẜ nisi
in duobꝰ casibꝰ.s. si patiaẜ damnũ vltra
dimidiũ iusti precij.⁊ si tutor dolũ ꝯmisit
etiã in modica q̃ñtitate.Si võ tutor con
traxit sup rebꝰ que seruari pñt.aut interue
nerũt ea que interuenire debent.s.decretũ
iudicis.⁊ cã legitima.vt si minor grauaba
tur debito feneratico. ⁊ tũc teneẜ. de dãno
tñ etiã modico restituitur.Aut non interue
nerunt sed aliquod eoꝝ defuit. ⁊ tũc nõ te
neẜ. Circa võ ea que ip̃e pubes gessitꝰ di
stinguo.qꝛ aut hꝫ curatorẽ.aut nõ hꝫ. Si
hꝫ nõ obligaẜ sine tutoris auctoritate. si
nõ hꝫ obligaẜ nãliter ⁊ ciuilr̃: si tñ ẽ dece
ptꝰ in modico dãno etiã minori dimidio
.iusti p̃cij dũmõ non sit ita paruũ ꝙ p̃iudi
cet maiori rei vel sũme. põt restitutionẽ in
integrũ petere toto tp̃e minoris etatis: ⁊
ea finita post quadriẽniũ cõtinuũ.hãc aũt
restitutionẽ poterit petere õ his que amisit
.i.dedit: ⁊ de his que nõ acquisiuit.vt si de
latã sibi hereditatẽ repudiauit.⁊ de hoc ꝙ
alicui oneri se implicauit.i. si ꝓ alio fideiuẜ
sit.Et ad hoc ꝙ restituaẜ dꝫ se minorẽ eẽ
probare ⁊ se deceptũ fuisse. Sunt tñ q̃nq̃
casus in quibꝰ minor de ꝯtractu inito ab
eo nõ restituiẜ etiã si probet se deceptum.
Primus est si statũ mutauit se vẽdẽdo alicui
vel alienãdo ad p̃ciũ vel lucrũ ꝑcipiẽdũ
qꝛ in hoc nõ restituiẜ. 2ꝰ ẽ si maiori rei vel
sũme p̃iudiciũ generetur.s. si petat restitui
pro minima parte in qua dicit se deceptũ.
qꝛ melius est ꝙ toleret damnum illius mi
nime partis q̃ȝ totus ꝯtractus infringaẜ
Tertius est si minor sit vsus iure cõmuni
vt qꝛ hereditatẽ locupletẽ adijt: vel seruũ
necessariũ emit ⁊ postea res nate perierũt
vel seruus interijt.non enim videtur dece
ptus si iure cõi sit vsus.Quartus ẽ si dolũ

in ɔtractu ɔmisit. Quintus ē si iurauit. in quo distingue. qꝛ aut iurauit se nō venire ɔtra cōtractū. aut iurauit se maiorē. si iurauit p̄mū vbo tm̄ iuramētum illud nihil opaꝛ. s; si sponte iurauit corpalr̄ facit valere cōtractū qui alr̄ nō valeret: ꝛ p̄uat ip̄m minorē restitutōe. Si vō iurauit se maiorē ꝛ corpaliter nullo mō poterit petere restitutionē. si aūt iurauit tm̄ vbo pōt petere restitutionē. si probet se minorē fuisse tēpore cōtract⁹ p instrumētū factū de die natiuitatis sue. aliter nō audiꝛ etiā si vellet h̄ probare p testes. Sed qd si tm̄ vbo dicit se maiorē. R° aut hoc dixit induct⁹ aduersarij calliditate. ꝛ tūc petere pōt restitutōꝫ aut sua simplici voce. ꝛ tūc si dixit h̄ sciēs se minorē eē restitutionē non pōt petere. qꝛ videꝛ dolū ɔmittere. Si vero hoc dixit credens se maiorē eē tūc pōt restitutionē petē. s; si dubitaꝛ nō pōt petē. s. de modico dāno qꝛ videꝛ dolū cōmittere: tm̄ de enormi pōt iuramēto nō obstāte. Persone aūt q̄ viciant cōtractū rōne cōditiōis sūt i duplici dr̄ia. s. filiusfa: ꝛ seruus. p eo ꝙ nō sunt sui iuris s; alieni. filiusfa. igiꝛ q ē subiect⁹ ptāti patris vel aui vel p̄aui si cōtrahat cū patre suo vel auo vel p̄auo nō obligaꝛ alicui. qꝛ interptatōe iuris ē eadē psona filij ꝛ patris nisi de peculio castrensi vel quasi castrēsi de quo pōt cōtrahere cū patre. qꝛ i ipo tāq̄ paterfa. habeꝛ. s; si cōtrahat cuꝫ quocūq alio nālr̄ ꝛ ciuilr̄ obligaꝛ: nō tm̄ pmittiꝛ ei rē patris obligare sine ɔsēsu ei⁹. In mutuo vō lꝫ nālr̄ ꝛ ciuiliꝛ obligeꝛ: defendiꝛ tm̄ p exceptionē macedoniani senatusɔsulti. q̄ ē facta i odiū feneratoꝝ. ꝛ idō nō pōt ei filiusfa. renūciare. vn̄ si pecuniaꝫ vere ꝛ nō ficte recepit mutuo nō teneꝛ ad eā reddēdā nec pater ei⁹. Ideo aūt dictū ē vere ꝛ nō ficte. qꝛ si mutuū ficte fiat vt si filiusfa. emat vnū equū ꝛ nō soluat pecuniā: pmittat tm̄ soluere: ꝛ notari⁹ instrm̄ fecerit de mutuo: filiusfa. nō pōt opponere exceptionē macedoniani. imo teneꝛ. Sūt tm̄ aliq casus in quib⁹ ipse filiusfa. vel pr̄ eius de mutuo ɔtracto a filio teneꝛ. p̄m⁹ ē si fili⁹ se patrēfa. mēdaciꝛ dicat. 2⁹ ē rōe publice ignorātie. vt qꝛ paterfa. plerisq videbaꝛ ꝛ sic agebat. sic cōtrahebat. sic munerib⁹ fūgebaꝛ. 3⁹ ē si pupillus sine auctoritate tutoris: vel adultus sine curatoris auctoritate filiosa. mutuauit. 4⁹ si mutuū filij sit vsū in rē patris. vt qꝛ inde sororē dotauit. vel patris familiā aluit. vel patris debituꝫ soluit. qꝛ tūc pater teneꝛ reddere pecuniaꝫ illā. 5⁹ si mutuū accepit vsq ad quātitatē illā quā pater si deberet recusare dare sibi qū alibi degebat p aliqua cā ɔpetenti: vt pro studio vel filij. 6⁹ si pater ɔsensit vel p̄ns nō ɔdicit qū fili⁹ mutuū accepit: vel si fili⁹ lr̄as patri destinauit ꝙ mutuū acceperat ꝛ pater hoc nō iprobauit. ꝛ hoc intelligē de patre in c⁹ ptāte ē filiusfa. ɔsentiēdo filio suo qui ē in ptāte aui sui: ꝙ cessat exceptio macedoniani. 7⁹ si mutuū accepit vt se liberaret ab aliquo creditore. quē nō poterat remouere. Lꝫ aūt noīe pecunie cōlr̄ sūpte cōtineaꝛ qcqd ē in numero pondere ꝛ mēsura. ff. de le i. l. talis. in p̄n. hic tm̄ licite sumiꝛ p pecunia illa q̄ est in numero. s. qū dictū ē s. ꝙ filiusfa. nō teneꝛ de pecunia mutuata. secus ē si accepit aliquid qd ɔsistat in pondere vel mēsura. qꝛ tūc tenebiꝛ nisi fraus adhibita sit a creditore. vt qꝛ dedit filiofa. frumētū vel vinū vt eo distracto pecunia vteret. ¶ Ad hoc nota ꝙ exceptio macedoniani nō daꝛ tm̄ filiofa. s; etiā heredi ei⁹ ꝛ successori ei⁹. vn̄ eadē exceptōe defendiꝛ fideiussor. ¶ Insup nota ꝙ filiusfa. qū hꝫ peculiū castrense vel q̄si castrense cessat macedonianū vsq ad illi⁹ pecunie quātitatē. Itē si minor mutuauerit pecuniā filiofa. maiori eā repetere pōt. si aūt filiofa. minori repetere non pōt si sit ɔsūpta vel pdita. ff. de mino. 25. an. l. si minor 25. an filiofa. Seruus de cōtractu cū suo dn̄o ciuiliter nō obligaꝛ: s; pōt pacisci cū eo. Et nec agendo dn̄o. hꝫ. n. ex persona dn̄i ius stipulādi. nō obligaꝛ aūt efficaciꝛ alij cū pro mortuo reputeꝛ. Cōueniꝛ aūt dn̄s ex cōtractu serui de peculio ei⁹ vel de eo quod versum ē in vtilitatē ipi⁹ dn̄i: vel de cōtractu facto ab eo iussu dn̄i. Sūt aūt tres casus in qbus dn̄s de peculio serui nō teneꝛ. s. cū seruus donat vel vouet vel fideiubet et ē curā peculiarē. Simil'r nec dominus paciscens cū seruo suo obligaꝛ ex hi⁹ pacto nisi de libertate paciscatur. C. de transac. l. interpositas. in tex. ꝛ in glosa.

¶ Persone que vitiāt ɔtractū rōe morbi sunt tres. s. furiosus mutus ꝛ surdus. Furiosus. n. vel mētecaptus tempore furoris contrahere non potest. si tamē contrahat recepta mente vel qū habet lucidū interuallū: contractus tunc ab eo initus valet. Itē mutus ꝛ surdus naturalr̄ cū sunt tales ɔtrahere non possunt per stipulationē quia stipulatio habet fieri p interrogatōꝫ

⁊ responsionē vtriusq̧ cōtrahentis quam
vterq̧ debet audire. quod predicti nō pūt
facere. possunt tñ facere cōtractus qui p̄-
ficiunť solo consensu. ¶ Persone vero q̄
viciant cōtractū rōne delicti sunt quattuor
s. pdigus hereticus apostata ⁊ cōmittēs
crimē lese maiestatis. Prodigus eniz cui
hoc ius est interdictū non obligatur. reli-
quis tribus est interdictū a lege cōmerciū
contrahēdi. Licet autem mulier nō sit de
predictis. iiij. personis ⁊ se suo nomine pos
sit obligare: tamen in fideiussione regula
riter iuuatur beneficio velleiani senatuscō
sulti. vnde si mulier fideiubeat pro alio: vl'
si det fideiussorem pro alio. vel se constitu
at debitricem pro alio: vel suam rem pro
alio obliget pignori nihil actum est: etiam
si hoc pro viro vel filio fecerit. Sūt aūt
aliqui casus in quibus mulier fideiubēdo
tenetur: ⁊ hoc beneficio non iuuatur. vn⁹
est si fideiussit pro pecunia data pro p̄cio
manumissionis serui domino eius. Secū-
dus si intercessit pro dote mulieris alteri⁹
Tertius est si certificetur de beneficio sup̄
dicto ⁊ nihilominus renunciet ei. Quart⁹
est si acceperit pro intercessione precium
vel aliquid loco precij. Quintus si volu-
erit decipere creditorem sciens se esse tutā
per beneficium supradictū: cum creditor
illud ignorēt. quia eius fragilitati nō cal-
liditati subuenitur. Sextus si intercesserit
vel pignus vel fideiussorem p̄ alio dedit:
⁊ post biēnium a prima cautione compu-
tando iterum se ad idem obligauit. vel fi
deiussorem vel pignus dedit. Septimus
est si res sit propria eius. Octauus si suc-
cedat ei qui soluere debet. Unde versus.
Casibus in senis mulier spondēdo tenet'.
Pro libertate p̄ dote renunciat et si De-
cipiat. precium capiat. caueatq̧ secūdo.
Casus adde duos: quarto si propria res
sit. Uel si succedat ei qui soluere debet.
Ad hoc nota q̄ mulier fideiubere vel se
obligare non potest pro viro: etiam quali
tercunq̧ renunciet beneficio velleiani. qr
tunc videtur dare viro quod est prohibi
tum sibi: nisi p̄pter nuptias vel cā mortis.
s Equitur videre de quarto scilicet
de contractibus inutilibus ratiōe
rerum. Circa quod sciendum est
q̄ sunt quedam res super quib⁹ contrahi
non potest p̄pter iuris prohibitionē. Et q̄-
dam sunt super quibus contrahi non pōt
propter ipsarum conditionē. De primis
p̄mo videndū est. circa quod nota q̄ ius
prohibet alienari predia. ⁊ hoc siue sint
vrbana siue rustica. omnesq̧ res alias mi
noris ⁊ impuberis: que seruando seruari
possunt. vt aurū argentum ⁊ vestes preci
osas ⁊ huiusmodi. Et hoc nisi in tali alie-
natione interueniāt hec tria. s. auctoritas
tutoris. decretum iudicis. ⁊ debitū iminēs
qd̄ sibi creditor solui vrget. vl' qd̄ ip̄m mi
norem vsura grauat. Contingit tamē q̄
predium minoris aliquando sine decreto
potest alienari. s. qñ defunctus ex cuius bo
nis prediū illud ad minorē deuenit: hoc i
vltima voluntate iussit. vel etiaz si minor
hoc a principe impetrauit. Res vō alie mi
noris que seruādo nō possent seruari pūt
a tutorib⁹ sine decreto vendi. Probibet
etiam ius filiofamilias alienare aliquid
de rebus paternis sine iussu patris. Pro-
hibet etiā patrifamilias alienare res que
obuenerunt filio ex peculio aduēticio: qd̄
ra filio alienari non potest sine consensu
patris: cum p̄prietas peculij illius sit filij.
vsus vero patris quando tamen filio im-
minet debitū vrgens vel grauans: potest
pater aduenticiū filij alienare. primo pōt
mobilia ⁊ postea immobilia. De peculio
vero profecticio non potest filiusfamilias
contrahere cum nihil ad eum sed totum
ad patrez pertineat pleno iure. De peculio
vero castrensi vel quasi castrensi potest fi
liusfamilias cum patre ⁊ quolibet alio
contrahere pacisci. qr in eo vt paterfa. ha
betur. ⁊ toti. s. p̄prietas ⁊ vsus spectat ad
filium ⁊ nihil ad p̄rem. Prohibz etiam
ius alienari fundum dotalem. s. inestima-
tum datum in dotem. si enim esset estima-
tus non diceretur dotalis sed emptitius.
vn̄ ad hoc vt sit fundus dotalis requiri-
tur q̄ sit legitimum matrimonium ⁊ q̄ in
dotem detur: ⁊ q̄ inestimatus tradať. Idē
etiam est de fundo quasi dotali. ⁊ dicitur
fundus quasi dotalis ille qui legatus est
seruo inestimatus dato in dotem. licet aūt
fundus dotalis alienari sponte non possit
permittitur tamen in necessitate in casib⁹
quibusdam. de quibus videndum est infra
libro. 8. titulo de dotibus. ¶ Probibet etiā
ius alienari illam rem quam testator i sua
vltima voluntate prohibuit alienari appo
nendo certam personam in quam res pue
nire deberet si heres eā alienare vellet. vel

appōnēdo certā penā soluēdā alicui certe
ꝑsone vl' ecclesie. vt insti. ꝺ le. ad fi. Probi
bet etiam ius alienari rē litigiosā. ⁊ dicit'
hic res litigiosa de cuius dn̄io causa mo
uetur inter petitorē ⁊ possessorē. ⁊ fit res li
tigiosa incōtinēti oblato libello. ⁊ quidē
iste qui recipit eā titulo emptōis vel dona
tionis vel cuiuslibet alterius contractus
scienter: cogitur rē reddere ⁊ etiā priuat'
precio: quod etiā ille qui alienauit ⁊ ille
qui recepit cogit' dare fisco ⁊ tantūdē de
suo. Si aūt ignoranter oȝ rē oīno reddere
⁊ preciū sibi restitui a vēditore qui etiam
venditor tantūdē dabit de suo emptori ⁊
fisco. Tertiā partē emptori ⁊ reliquas du
as partes fisco. ⁊ hec pena etiā locū habȝ
in donatore rei litigiose. vt. s. facta eius dā
estimatione vterqꝫ puniat' in precio mō
supradicto. ꝑmittit tn̄ lex alienari rem liti
giosam ex causa dotis vel donationis ꝓpt'
nuptias vel transactionis vel diuisionis
¶ Inutilis etiā est ꝯtractus si quis rē suā
pure stipuletur vel emat. Sed quid erit
de precio. R̄. aut emptor sciebat rē eē suā
⁊ tunc perdit preciū. qꝛ videt' donasse. aut
ignorat qꝛ fuit institutus heres. ⁊ tūc ꝓciū
petere pōt. ⁊ idē ē si res sit cōis mihi ⁊ tibi
quā tn̄ habeo ad partē meā. C. de ꝯtrahē.
emp. cū res. Si aūt sub conditione emat
valebit emptio in euentu ꝯditionis. vt si
emat si res sua desinat. valet etiā emptio
rei ꝓprie rōne possessionis quā emptor
non habebat. vel rōne alterius quod ei i
re sua deficiebat. De emptione aūt rei alie
ne dicetur infra ti. de emp. ⁊ ven. Sunt
etiā quedā res super quibus contrahi nō
pōt ꝓpter earū qualitatē siue conditionē
vt sunt ille q̄ non sunt in rerū natura nec
fuerunt nec esse possunt vt chimera. vl' ea
que impossibilis est dari vt mons aureus
vel ea que lȝ fuerint tn̄ modo nō sunt vt
equus mortuus. si tn̄ mora ꝓcesserit mor
tē vt cū quis equū dare ꝓmisit ⁊ hic ꝯsti
tuta nō dedit ꝫ i mora fuit; ⁊ postea equus
obijt tenetur in estimatiōe eius. qꝛ fuit in
mora. Contractus aūt sup reb⁹ que fu
ture sperant' tenet: vt si quis emat futuros
partus vel fructus vel si emat iactū retis
qꝛ inest conditio qꝙ si quid capiat' illud de
beatur. Prohibet' etiā alienatio mācipii
xp̄iani in iudeū. qꝛ nō licet iudeo possidē
mancipiū xp̄ianū. Itē seruus qui ē i fuga
vendi nō pōt. ꝓcurator tn̄ ad hoc pōt cō
stitui vt ipm querat ⁊ inuētū vendat. ff. ꝺ
cōtrahen. emp. ⁊ ven. l. qꝺ sepe. §. si quis
amico. Fm hoc intellige illud. 12. q. 2. c. fu
gitiui. Prohibet' etiā alienatio rerū illarū
que sunt excēpte a ꝯmercio hoīum vt sunt
res sacre religiose sancte publice ⁊ liber
homo. Res sacre sunt que ꝑ ep̄os sūt rite
dedicate. Religiose sunt sepulchra in qbus
hoīes mortui inferūt'. Sancte sunt porte
⁊ muri ciuitatū ⁊ municipiorū. qꝛ pena ca
pitis imponit' violatorib⁹ earū. vt si quis
ingrediat' ciuitatē vel municipiū aliunde
q̄ꝫ ꝑ portas. Publice sunt portus ⁊ flumi
na que dedicata sunt vsui ppl'i ⁊ forū ⁊ sta
diū. Est igit' inutilis cōtractus init⁹ super
ꝑdictis reb⁹. si emptor ⁊ venditor sciuerit
res eē tales. imo emptor qui rē hi⁹ sciens
accepit ꝑdit ꝓciū ⁊ rē. si aūt ignorās a uē
ditore sciente cōparauerit tenet' sibi vēdi
tor ad id qꝺ sua interest se nō esse deceptū
. ff. de ꝯtrahen. emp. l. 4. ꝑ totū. Fallit tn̄ h
in libero hoīe maiori. 20. ānis qui ad par
ticipandū preciū vel aliud lucrū patitur se
venundari vel alienari non ignarus sue
cōditionis. secus est si acceptor ei⁹ condici
onem ignoret ⁊ vendinis in ueritate pre
cium participet. Hec Jo. 29. q. 2. plati est.

¶ De obligatione ⁊ stipulatōe titulus. 4.

Post[ea] cōsiderādū ē de obligati
onib⁹. Et ꝑmo qd ē obligatio;
⁊ que eius diuisio. 2° qualiter
contrahat'. 3° que possunt obli
gari. 4° subnectit' quedā de stipulatione.
Est ergo sciendū qꝙ obligatio est iuris vin
culū quo necessario astringimur ad aliqd
dandū vel faciendū per iura ciuitatis ro
mane. Obligationū alia naturalis tm̄. alia
ciuilis tm̄. alia naturalis ⁊ ciuilis simul.
Naturalis obligatio ē que in se naturalē
continet equitatē. hec naturalis obligatio
cōtrahit' ꝑ naturale vinculū. i. ꝑ cōsensū.
⁊ pōt fieri inter oēs hoīes ⁊ tollit' ꝑ actū
ꝯtriū nālē. s. ꝑ actū ꝑpetuū de nō petēdo. Et
hac obligatōe sola obligat' pupillus ꝓxi
m⁹ pubertati sine auctē tutoris nō fact⁹
locupletior nec dolū cōmittens. Itē fuus
cuiuslȝ ꝑsone. Itē pr̄ ꝓ filio i ei⁹ ꝑtāte exn̄
te. Itē filii⁹ pr̄i. ꝫ nō tenet'. qꝛ hi⁹ obligatio
ē inefficax ad agēdū. Ciuil' obligatio ē eā
qs solēnitate iuris ē astrict⁹: ꝫ nālis eqtas
eū teneri nō suadet. vt cū qs fuit ꝯfessus ꝑ
scripturā se ex eā mutui pecuniā recepisse
sub spe future nūeratōis quā tn̄ nō recepit.

vñ talis ĩfra biẽniũ põt opponere excepti
onẽ nõ numeratõis pecunie. qõ ſi nõ fece
rit ĩpatet ſibi. vñ hec obligatio p ſe ẽ ĩeffi
cax ad agendũ. Nãlis ꝛ ciuilis obligatio
ſit ẽ cũ pſona que põt efficaciter obligari
ſe cũ ſolẽnitate iuris obligat. ſ. cũ nãlis eq
tas vult eũ teneri ꝛ iuris ſolẽnitas inter-
uenerit. ꝛ hec obligatio ẽ efficax ad agen
dũ. Obligationũ aũt nãliũ ꝛ ciuiliũ vt ha
bet̃ inſti. de obli. alia ẽ ex ꝯctu. alia ex q̃ſi
ꝯctu. alia ex maleficio. alia ex quaſi male
ficio. Obligatio ex ꝯctu ẽ q̃ pacto ꝯtrahit̃ ꝛ
que ex ipſo pacto ꝛ ꝯtractu deſcẽdit. vt em
ptio ꝛ vẽditio. locatio ꝛ ꝯductio. donatio
ꝛ hĩ⁹. Et ex q̃ſi ꝯtractu cũ quis gerit ne-
gociũ alicui⁹ ſine mãdato ei⁹. vt tutor ꝛ cu
rator ꝛ hĩ⁹. Iſti. n. nõ ꝯtraxerunt cũ eo c⁹
negociũ gerunt. vñ q̃ nõ tenẽt̃ ex ꝯtctu
relat vt teneant̃ ex quaſi ꝯctu. Obliga-
tio ex maleficio ẽ cũ quis furtũ vel rapi-
nã vel iniuriã alicui facit. Ex quaſi male
ficio ẽ cũ quis nõ directe deliqt ſed quaſi.
vt cũ ex ei⁹ domo ẽ aliqd effuſũ qõ alteri
nocuit.

Equit̃ videre de 2ᵒ. ſ. qualr̃ obliga
tio ꝯhitur. Circa quod ſciendũ ꝙ
obligatio ꝯhit̃ quadruplr̃. Uno
mõ re vt in mutuo debito ꝯmodato. depoſi
to pignore. Alio mõ v̾bis vt ſtipulãdo. ẽ
aũt ſtipulatio v̾boꝝ ꝯceptio qb⁹ is qui in
terrogat̃ datuꝝ vel factuꝝ illud de quo
interrogat̃ ſpondet. ꝛ dr̃ ſtipulatio a ſtipu
lo. ſtipulũ aũt idẽ ẽ qõ firmũ deſcẽdens a
ſtipite. vñ ſtipulatio ponit̃ p interrogatõe
debet. n. ſtipulatio fieri p ĩterrogationẽ p̃ce
dentẽ ꝛ r̃ſiõnẽ incõtinenti ſubſequentẽ.
ꝛ dz fieri r̃ſio p̃ciſe ſine ſuſpẽſione vocis
vñ nec mutus nec ſurdus nec infans nec
etiã abſens p ſtipulationẽ ꝯtrahere pñt.
q̃ exaudire ſe inuicẽ debẽt. ff. de v̾. ob. cõti
nuus. ꝛ inſti. de inuti. ſtipu. mutũ. 3ᵒ. mõ
litteris. vt qñ quis in lr̄is cõfitetur ſe mu-
tuo habuiſſe decẽ libras ſub ſpe future nu
merationis. talis. n. niſi infra biẽniũ oppo
nat exceptionẽ nõ numerate pecunie aſtri
ct⁹ erit nãlr̃ ꝛ ciuiliter pecuniã illã ſoluere
4ᵒ. ſolo ꝯſenſu vt in ſocietate mãdato em
ptione venditõe locatõe. In his. n. nõ re-
quirit̃ ſcriptura neq; p̃ntia. ſʒ ſufficit eos q
ꝯtrahũt cõſentire p ſe vel nunciũ vl̾ p epi
ſtolã. Et hec oĩa p̱bãtur p inſti. qui. mo.
re. ꝯtra. ob. ꝛ plib⁹ alĳs titulis ſe.

Equitur uidere d̾ tertio. ſ. que res
obligari pñt. Circa qõ ſciendũ ꝙ
obligari pñt queciq; nõ p̱hibẽtur obliga
ri fauore religiõis. quedã ſũt que nõ pñt
alienari vt monumẽtũ. C. que res pigno.
ob. poſſũt. l. 3. p totũ. Et eccl̾ie in auc. de nõ
ali. re. eccleſie. §. alienationis. ꝛ. §. his de. ꝛ
. §. qñ võ Et vaſa ſacra vel veſtimẽta vel
ornamẽta eccl̾iaſtica. C. de ſac. ſan. ec. ſan-
cimus. nemini niſi iuſtiſſima neceſſitate
vrgente. e. ti. de pig. c. i. de hoc etiã habitũ ẽ
ſ. ĩ. p̃cedenti. ar. 4.

Equitur videre de quarto. ſ. de ſti-
pulatione. Circa quã ſciẽdũ ꝙ ſti
pulatio q̃ fit v̾bis ſine ꝯſenſu nul
la ẽ. ff. de pac. l. i. §. adeo aũt. Itẽ oĩs ſtipu
latio ad heredes ꝛ ꝯ heredes trãſmittitur.
C. de ꝯhen. ꝛ ꝯmit. ſti. veteris. hoc veꝝ eſt
qñ eſt tale factũ qõ põt cõpleri p aliũ ſm
glo. ibidẽ. Itẽ nullus alteri põt ſtipulari
vel paciſci niſi ſit eius ſeruus. vl̾ p̱curator
vel filius qui eſtimat̃ eadẽ pſona cũ dño
vel cũ patre. inſti. de inuti. ſtip. §. ſi qs aliũ.
Itẽ p iudices officiales executores ꝛ ta-
belliões alteri põt acquiri. ff. de in ius vo.
cũ pro quo. Nota tñ ſm Jo. i. q. 7. quotiẽs
cordis ocul. ꝙ ſi promitto tibi me daturũ
ticio decẽ libras teneor iure canonico ma-
xime ſi iuro. Itẽ nemo factũ alienũ pro-
mittens obligatur ad illud niſi ad dandã
operam quam põt ꝙ ille faciat quod ipſe
promiſit. ff. de ver. ob. in illa ſtipulatione. i
p̃n. ꝛ. l. ſtipulatio illa. Itẽ nõ valet legatũ
vel ſtipulatio fundi in genere facta nullo
fundo demonſtrato. ff. de in. do. cũ poſt di-
uortiũ. §. gener a ſocero. vñ ſi quis ſtipula
tur inſulã fieri ꝛ nõ adĳciat locũ vbi fieri
debeat ſtipulatio nõ valet. ff. de eo qõ certo
loco. l. 2. §. ſi quis inſulam. tamen ſm xp̄. ſi
dictum eſſet. tu facias domum mihi vbi
voluero bene valeret. Nota etiam ſm xp̄.
ꝙ aut promittitur incertum re ſed certum
genere. aut certum re ꝛ genere. aut incer-
tum re ꝛ genere. Si p̄mo mõ vt cũ dr̃. hñ
faciam hoc p tuo ſeruitio. tũc peti nõ põt a
procuratore. C. man. ſalarium. ſecus eſt de
aduocato qui p mõ facũdie ꝛ negocĳ q̃li
tate petit ſalariũ incerte pollicitationis. ff.
de varĳs ꝛ e xtꝛordi. cog. l. i. §. i honorarĳs.
Si ſecundo modo vt cũ promitto equũ
poteſt petere ꝛ agere preſcriptis verbis ꝛ
taxabit̃ arbitrio boni viri. C. de man. l. i. i
fine. Si tertio modo vt cũ promitto talem
equum tunc peti poteſt. Item ſi promiſiſti
mihi rem dari ꝛ vacuam poſſeſſionem
tradi veniunt fructus in ſtipulationem.

Si aūt promisisti tātū mihi rem dari non venit fructus in stipulationē. ff. de vsur. si stipulatus. in pn. Itē qū quis ꝓmittit īfra certos dies sistere iudicio tūc dies in qua cautio promittit᷑ ⁊ dies in qua sistere dz nō cōputant᷑ inter illos dies. ff. si qs cau. l. i. in pn. Itē si quis calendas ianuarij sti pulatus fuit de illis calendis intelligi dz d̄ quib⁹ est actū inter partes. s̄ si nō appareat de quib⁹ est actū tūc de primis calendis ianuarij intelligi dz. si aūt in ipo die calē daꝝ tūc de calēdis sequētib⁹. ff. de v. obli. cū qui calendis. in pn. Itē actus stipulā tis ⁊ cōpromittētis debet eē cōtinuus vt nullū fere momētū interuenire possit. si vo post īterrogationē se diuertat ad alia nihil ꝓderit licz eodē die promisisset. vt ibidē l. continuus. Itē in oībus obligationibus in quibus dies nō ponitur pñti die debet᷑. ff. de re. iu. in omnib⁹ expresse ponitur. Itē si promissum fuerit sic. s. faciā hoc cū cōmodū erit h̄ ē cū potero sine meo icōmo do. ff. de v. sig. nepos Itē oīs stipulatio aut fit pure vt cū quis spondet libras qnqꝫ. ⁊ tunc illud statim pōt peti. aut in diē. ⁊ tūc statim debet᷑ s̄ peti nō pōt anq̄ȝ dies veniat. nec etiā ipsa die in qua stipulatio facta fuit peti pōt. qꝛ tota dies illa arbitrio soluentis tribui debet. aut sub conditione. ⁊ tunc ille qui stipulatus fuit lz an̄ cōditōēz decesserit postea exīte cōditiōe heres eius agere pōt. Et idē ē ex pte ꝓmittentis. isti. de v. ob. §. oīs stipulatio. ⁊. §. cū quis. Hec ad pñs de obligatōe ⁊ stipulatōe sufficiāt vt iurispitis alia de hac materia relinquāt᷑.

De renūciatōe bn̄ficioꝝ iuris titulus. 5⁹.

d Einde cōsiderādū ē de renūciatōe bn̄ficioꝝ iuris. Et pmo qd ē renūciatio. 2° de bn̄ficijs qb⁹ renūciari nō pōt. 3° de bn̄ficijs qb⁹ renūciari pōt. 4° de bn̄ficijs quib⁹ renūciari pōt fm qd ⁊ fm quid nō pōt. ⁊ hec quatuor notabūtur grā breuitatis lz q̄ in sūma rolandina cōtinet᷑. 5° notat᷑ in gnāli cui iuri tm̄ ⁊ cui nō pōt renūciari.

Circa primū sciēdū q̄ renūciatio ꝓprie est rei vel iuris spontanea refutatio. s̄ ad pñs ē tm̄ intētio de renūciatōe iuris sine q̄ qn̄z obligatio nō tenet. Sciēdū ergo q̄ defensiones exceptōes ⁊ bn̄ficia a legib⁹ inuēta qdā sūt i fauorē qdā i odiū itroducta. Et iste psone ꝓ quib⁹ sūt itroducta p illa iuuant᷑ ne de illis obligatōib⁹ quas fecerūt obligētur. Quāuis aūt regulariter liceat renūciare hiis q̄ ꝓ se sūt itroducta. aliqua tn̄ sūt quib⁹ renūciare nō impedit quominus ipa bn̄ficia ⁊ exceptiōes pñt opponi. Aliqua aūt sūt quibus renunciatio facta tenet ⁊ iuuari p ea impediret. Aliqua aūt sūt quibus renūciari pōt quo ad quid ⁊ quo ad quid nō. de singulis hoꝝ ē uidēd̄.

S Ecquitur videre de 2° s. de bn̄ficijs quibus renūciari nō pōt ita q̄ renūciatio facta impediat ne possint opponi. Sciēdū igitur q̄ quoddā ē bn̄ficiū s. bn̄ficiū macedoniani senatuscōsulti. ⁊ cōpetit filiofa. qui pecuniā accepit mutuo sine patris volūtate. ⁊ cōpetit ei nō tm̄ dū ē i ptāte patris s̄ etiā postq̄ȝ factus est sui iuris. ⁊ etiā cōpetit heredi filijfa. ⁊ eius fideiussori. ⁊ huic bn̄ficio renūciari nō pt. qꝛ ē in feneratoꝝ odiū itroductū. Est ⁊ aliud bn̄ficiū s. bn̄ficiū restitutōis qđ cōpetit minoribus toto tpe minoris etatis. ⁊ eo etiā finito infra quadriēniū cōtinuū si i minori etate decepti fuerint eoꝝ facilitate vel aduersarij calliditate. huic etiā bn̄ficio renūciari nō pōt. qꝛ eo ipo minor decperet si renūciaret. Est aūt ⁊ aliud bn̄ficium. s. vt quis cōdēnet᷑ inquātū facere pt ⁊ nō vltra. ⁊ habita rōe ne egeat. ⁊ h̄ bn̄ficiū cōpetit viro ⁊ eius patri qn̄ cōuenit᷑ ab vxore. competit etiā vxori ⁊ eius pri qn̄ cōuenit᷑ a viro. competit etiam pr̄ono qn̄ cōuenit᷑ a liberto. ⁊ socio qn̄ cōuenit᷑ a socio. ⁊ patri qn̄ cōuenit᷑ a filio vel filia ⁊ huic bn̄ficio renūciari nō pōt. Est aliud bn̄ficiū ne liber homo ad onus alienū obliget᷑ i. pignoret᷑. ⁊ huic bn̄ficio nō potest renūciari. qꝛ hec renūciatio eēt ꝯria libertati. Est aliud bn̄ficiū siue ꝓuilegiū. s. fori. qđ cōpetit forēsi. s. q̄ reus cōueniri debet sub iudice suo. ⁊ hoc ē veꝝ an̄ litē ꝯtestatā. nā lite cōtestata nō pōt reus opponere ꝓuilegiū fori. quia videtur in illum iudicem consensisse sub quo contestatus ē litē ⁊ huic priuilegio. s. fori solo pacto non renunciatur. sed ad hoc q̄ reus conueniri posset alibi q̄ȝ in foro suo sufficit si ꝓmittit solutionē facere vbicūqꝫ petitum fuerit ab eo. Est aliud beneficium siue priuilegiū fori quod competit clericis. s. q̄ non tenētur respondere corā iudice seculari. ⁊ huic priuilegio iuris aliquo modo renunciari nō pōt. qꝛ ē introductū i fauorē tot⁹ cleri. Exceptio nō numerate pecunie siue non

tradite vel reddite rei. aliqñ cōpetit infra
duos ānos. aliqñ ifra. 30. dies. aliqñ ifra
ānū. aliqñ infra tres mēses. Debitor eni
q ꝯfitet̄ se pecuniā mutuo recepisse quā ñ
recepit opponere pōt exceptōē nō nume
ratōis pecunie infra duos ānos a die cō-
fessionis. Creditor vō q ꝯfessus ē sub spe
future numeratōis pecuniā traditā se rece
pisse a debitore hꝫ exceptionē nō solute pe
cunie infra. 30. dies. Uir aūt q ꝯfessus est
sub spe future numeratōis se dotē recepisse
hꝫ exceptionē nō numerate dotis q̄ debet
opponi vel infra ānū post mr̄imoniū solu
tū si mr̄imoniū durauit minꝰ biēnio. vel in
fra tres mēses si mr̄imoniū durauit plus
biēnio vel minꝰ decēnio. ꝭ vltra decē ānos
nō extēdit̄ renūciatio pecunie nō numera
te. Predictis aūt exceptōibꝰ renūciari nō
pōt quo minꝰ infra p̄dicta tpa opponi pos
sint. ꝓdest tñ renūciatio q̄ ad aliquid. s. qꝛ
si renūciatio nō eēt facta debebat aduersa
riꝰ ꝯfitentis ꝓbare se pecuniā soluisse. sed
postq̄ꝫ ē facta renūciatio incūbit ꝯfitenti
⁊ renūciāti ꝓbare pecuniā nō eē solutam.
Lex vō illa rubri ⁊ nigri titl̄. codicis. s. ne
fideiussores vl' mādatores dotiū dent̄ ꝓhi
bet fideiussorē dari ꝓ dote restituenda si
eueniat ꝙ restitui debeat. huic legi si renū
ciet̄ renūciatio nō valet. qꝛ talē fideiusso-
rē lex ꝓhibet dari. ⁊ quod fit ꝯtra legem
pro non facto debet haberi.

SEquitur videre de tertio. s. de bñfi
cijs illis qbus renūciari pōt ita ꝙ
renūciatio ipedit ne possint oppo-
ni. hec aūt sūt plura. vnū ē noua ꝯstitutio
de pluribꝰ reis debēdi q̄ dicit. si sint plures
rei debēdi. i. plures debitores q omnes sunt
idonei ⁊ soluendo hñt bñficiū diuisiōis.
qꝛ dicere pōt qlibꝫ ꝙ tñ ꝓ sua pte tenet̄.
Ad h̄ vō ꝙ qlꝫ teneat̄ insolidū se obligēt
⁊ dicto bñficio renūciēt. Alter ē epl'a di-
ui adriani q̄ ē qdā lex dicēs ꝙ si sint plˀes
fideiussores q sunt idonei soluēdo dꝫ qlꝫ
ꝯueniri ꝓ rata. ad h̄ vō ꝙ qlꝫ teneat̄ in
solidū opꝫ ꝙ renūciēt epistole p̄dicte. Ter
tiū ē noua ꝯstitutio de fideiussoribꝰ dicēs
ꝙ si p̄ncipalis ⁊ fideiussor ambo sint ido
nei ⁊ soluēdo p̄ncipalis dꝫ ꝯueniri prius
q̄ꝫ fideiussor. Ad h̄ vō vt fideiussor ꝯue-
niri possit qñcūq; creditor voluerit p̄dicte
ꝯstitutōi renūciabit. Et nota qñ plˀes p̄nci
pales se p̄ncipalr̄ obligāt ⁊ insolidū: locū
hñt ibi oēs tres p̄dicte renūciatōes. ⁊ de-
bēt poni h̄ mō. renūciātes nouarū ꝯstituti

onū de duobꝰ reis debēdi ⁊ fideiussoribꝰ
⁊ epl'e diui adriani bñficio. vnꝰ. n. ꝓ alio
intercedit qñ se obligat vltra ptē q̄ se con
tingit. 4ᵐ ē ꝯditio indebiti q̄ dicit. si qs
indebite soluit. vt qꝛ nō tenebat̄ soluere:
pōt petere illud. huic ꝯditōi bñ renūciat̄.
5ᵐ ē ꝯditio sine cā q̄ dicit ꝙ si qs ē obli-
gatus ab initio sine cā vel ex iniusta cā ñ
tenet̄. ⁊ h̄ ē verū nisi p stipulationē sit ob-
ligat̄. qꝛ tūc bñ tenet̄. ⁊ huic bñficio renū
ciari pōt nisi hoc fieret ꝓpter dolū. 6ᵐ est
exceptio doli mali. s. ꝙ aliqs dicat se dolo
⁊ calliditate alicꝰ inductū eē. ⁊ huic exce
ptioni renūciari pōt. 7ᵐ ē bñficiū fori qd
ꝯpetit scholaribꝰ. scholaris. n. q morat̄ bo
nonie p hoc bñficiū non pōt ꝯueniri sub
iudice cōtratis hoñ. si velit potiꝰ ꝯueniri
corā suo doctore. ⁊ huic bñficio renūciari
pōt. 8ᵐ ē bñficiū ꝯditōis incerti qd hꝫ
locū qñ aliqs heres instituit̄ ⁊ rogatus he
reditatē vel certā eiꝰ ptē alteri restituere.
vel qñ aliqs ē instituitꝰ heres. ⁊ si ipe deces
sit sine liberis ē ei substituitꝰ alius heres.
qꝛ substitutꝰ hꝫ ius in ipa hereditate. eo ꝙ
adueniēte ꝯditōe dꝫ in eū hereditas per
uenire. ⁊ hoc tale fideicōmissū dr̄ incertum
ꝯditōis. qꝛ incertū ē an heres institutꝰ de
cedat sine liberis. ⁊ huic ꝯditōi substitutꝰ
ille renūciare pōt. 9ᵐ ē bñficiū iuris hypo
thecarū qd ꝯpetit vxori i bonis mariti. qꝛ
oīa bona viri sūt ei tacite obligata ꝓ dote
sua. ⁊ huic bñficio pōt vxor renunciare ⁊
viro ⁊ ꝯhentibꝰ cū eo. ⁊ h̄ si certificetur de
bñficio p̄dicto. ⁊ ei exp̄sse dicat̄ illud qd
ꝯtinet̄ in ipo. Cōpetit etiā dictū bñficium
creditori si bona sui debitoris sint ei tacite
vel exp̄sse obligata. ⁊ huic bñficio pōt cre
ditor renūciare. Decimū ē bñficiū vel-
leiani senatuscōsulti. s. ꝙ si mulier pro alio
fideiubeat. i. obliget se regularit̄ nō tenet̄.
⁊ huic bñficio mulier renūciare pōt si cer
tificet̄ de eo. Ad h̄ nō ꝙ qñ mulier recipit
tutelā filij. vel auia tutionē eiꝰ nepotis dꝫ
renunciare secundis nuptijs.

SEquitur videre de quarto. s. de bñ
ficijs illis qbꝰ quo ad qd renūcia
ri potest ⁊ quo ad quid nō. ⁊ hec
etiā sunt plura. Primū est bñficiū redhibi-
torie ⁊ ꝯpetit ei qui ignoranter emit rem
morbosam vel vitiosam. ex hoc beneficio
potest emptor agere ꝯtra venditorem vt
reddat sibi p̄ciū ⁊ recipiat rē. ⁊ hec redhibi
toria ꝯpetit infra sex menses. 2ᵐ ē bñficiū
qd dr̄ q̄sto minoris. qd dic̄. si qs emit aial

vel rē vitiosā ignorāter pōt agere ɔtra uēditorē petēdo pcē illā pcij sibi reddi quā nō dedisset si vitiū ei⁹ pscivisset. ⁊ hoc bñficiū ɔpetit ifra ānū. pdictaꝝ aūt actionū bñficio pōt emptor renūciare. ⁊ renūciatio ꝓdest vēditori si vitiū ignorabat. si aūt illō sciebat nec emptorē certificauit: nō ꝓdest renūciatio ꝓpter dolū ab eo ɔmissū. 3ᵐ ē bñficiū ne quis vocet in ius dieb⁹ feriatis aliqñ tñ ɔtingit ꝙ renunciari pōt ferijs ⁊ dieb⁹ feriatis. ⁊ aliqñ nō. si eni sint feriati rōe messiū vel vindemiaꝝ pōt ipis ferijs renūciari volūtate litigātiū. si tñ sint feriati ob honorē dei nō pōt.

Circa quintū nō ꝙ renūciari pōt iuri pūato. ex̄. de puil. si de terra. ⁊ .ff. de pac. pacisci. ⁊ hoc nisi pactū sit factū in crimis odiū. vt si qs vēdat ancillā tali pacto ꝙ nō ꝓstituat. pactū hi⁹ postea remittere nō pōt. qꝛ factū ē in odiū criminis. ar. C. si mācipiū ita venerit ne ꝓstituat. l. i. Renūciari aūt nō pōt iuri publico si sit itroductū nō tm̄ i fauorē aliquꝝ ꝫ etiā i odiū aliquoꝝ. sicut ē illud. s. ꝙ clerici nō teneāt ridere corā iudice seculari. ex̄ de fo. ɔpe. si diligēti. p totū. ⁊ illud. s. ꝙ clerici nō pñt se subijcere vberib⁹ alicui⁹ layci. ex̄ de sen. ex. ɔtigit. Hec eni duo sūt itroducta i fauorē clericoꝝ ⁊ odiū laycoꝝ q nimis clericis sunt isesti. 2. q. 7. laycos. Si vō ius publicū sit itroductū tm̄ i fauorē ei renūciari pōt. vñ renūciari pōt velleiano. qꝛ itroductū ē tm̄ in fauorē. s. mulierū. ff. ad vell. l. vlti. §. penul. i fi. ꝫ nō maccedoniano. qꝛ introductū ē nō tm̄ i fauorē s. filiorūfa. ꝫ etiā i odiū creditoꝝ. vñ etiā post sñiam ex eo exceptio dat. ff. ad macedoni. ꝫ ⁊ si pater. vel etiā nō pōt aliqs renūciare iuri suo cū ex ei⁹ renūciatōe p̄iudicat iuri alteri⁹. vñ cleric⁹ nō pōt renūciare foro suo. qꝛ ex hoc p̄iudicaret epo suo. .ii. q. i. clericū. i. ⁊ clericū. 2. hec gof. ti. de renun. ⁊ hec ex̄. de foro ɔpe. c. pal. si dilgēti

¶ De pactis titulus 6⁹.

Postea cōsiderādū ē de pactis. Et p̄mo i generali. 2° i speciali. s. de trāsactōib⁹ que sūt q̄dam pacta. Circa pᵐ vidēdū ē p̄mo qd sit pactū ⁊ vñ dr̄. 2° de diuisionib⁹ pactoꝝ. 3° ad quos porrigunt vires pactorū. 4° sup qb⁹ rebus pōt qs pacisci. 5° de pactoꝝ effectu. 6° de cōditōib⁹ appositis i ɔtrib⁹. Circa p̄mū sciēdū ꝙ pactū ē cōsensus duoꝝ vel pluriū in idē alteri ab alio paciscētiū dandū vel faciēdū. si enim paciscar tecū inuito ticio ꝙ ipe det petro aliqd pactū nullū erit. Si vō paciscar tecū ꝙ des ticio pactū erit. qñqꝫ tñ vtile qñqꝫ inutile ad agēdū. ff. de v. ob. stipulatio ista Lex tñ talē cōuentōem pactū vocat. C. e. debitoꝝ. ⁊ ex̄. e. c. vlti. Dicit aūt pactū a pactōe. pactio vō dr̄ a pace ⁊ actione. q̄si pacis actio. Nā q paciscunt ex diuersis ⁊ contrarijs morib⁹ aioꝝ post multa ⁊ varia certamina i vnā cōsonā sñiam deducitur. Est aūt nomē pacti gñale ad omnia q̄ inter ptes agitur cā cōtrahēde vel tollēde obligationis. Pōt aūt hic notari ad maiorē euidētiā dr̄ia inter pactū. pollicitationē. cōuētionē. stipulationē. ⁊ ꝓmissionē. qꝛ pactū ē duoꝝ vel pluriū consensus ad aliqd dādū vel faciēdū v̄bis exp̄ssus. ita ꝙ v̄ba p̄mittant a ꝓmittēte ⁊ subsequēter a recipiēte. vt dabo tibi decē vt tu vendas mihi libꝝ. ⁊ tu rñdes placet. ꝫ si recipiēns v̄ba p̄mitteret tunc esset stipulatio. vt insti. de ver. ob. in pn°. Pollicitatio vō est solius offerentis ꝓmissio. opꝫ aūt ꝙ ibi sit ꝑsona p̄ns cui fiat pollicitatio. ff. de pac. l. i. Nomē aūt cōuētōis ē gñalissimū. nā ⁊ scholares i scholis ⁊ clerici i capitulo ⁊ ppl's i foro cōuenire dicunt. vt ibidē. §. cōuētionis. Promissio vō referri pōt vel ad pollicitationē vel ad nudū pactū ⁊ stipulationē. ff. de edil. edicto l. sciendum. §. 2.

Sequitur videre de 2° s. de diuis. de pactoꝝ. Circa qō sciēdū ꝙ pactorū q̄dā sunt i rē q̄dā i ꝑsonā. In rē ē pactum quotiēs paciscor ne petā. In ꝑsonā vero ē quotiēs paciscor ne petam a ꝑsona. ff. e. l. iurisgē. § pactoꝝ. ⁊ l. idē. § ꝑsonale. Itē pactoꝝ aliud ē cōuētū vt illō qō ē ex certis v̄bis exp̄ssum ⁊ sub certa forma redactū. aliud ē tacitū vt illud qō nō ē factū ꝫ habet ex aliqua lege speciali ac si eēt factū. vt res cōductoris domus illate i illā tacite sūt obligate pignori dn̄o domus. Itē pactoꝝ q̄dā sūt vtilia quedā inutilia. vtilia sūt pacta q̄ sunt vestita rōe ꝑsonaꝝ ⁊ reꝝ. ⁊ que fiunt iuris ordine. hoc est ꝙ persone que paciscunt se obligare possunt vt res super quibus fit pactū non ꝓhibeantur alienari a iure. ⁊ ordo iuris seruetur in obligatione. vt supra dictū est de ꝑsonis reb⁹ ⁊ obligatōib⁹. Inutilia sunt q̄ deficiūt in aliquo istoꝝ predictoꝝ.

⁊ hoc vt aperte vel cū prediūm minoris
alienat͛ sine decreto. ⁊ similia. l'fraudulēt͛.
Fit aūt ibi fraus multiplr. pº de psona ad
psonā. vt cū tutor emit de bonis pupilli p
intpositā psonā. suo tn̄ noie. 2º de re ad rē
vt cū qs filiofamilias nō mutuat pecuniā
qꝛ phibet͛: ſ aliā rē vt ipē illa vēdita vtat͛
pecunia. 3º de ꝯctu ad ꝯtractū: vt cū vir ⁊
uxor ꝯstāte mr̄imonio nō donāt inicē. qꝛ
phibet͛: ſ eā donatōis vēdūt. 4º de noie
ad nomē: vt cū ille q phibet͛ ēe pt īa alicꝰ
terre se facit eligi in defensorē vel ꝓcurato-
rē: qḋ idē ē: mutato tn̄ noie. 5º de facto ad
factū: vt cū quis vēdit tibi ancillā suā eo
pacto ne ꝓstituas eā in lupanari. tu vero
posuisti eā in caupona vt ibi ministret. qḋ
ē idē quātū ad effectū. ¶ Itē pactū rei tur-
pis vel pactū turpe: vel pactū impossibilis
rei de iure vel de facto nullā obligationem
inducit. vt e x̄. e. c. vlt. pactū aūt rei turpis
ē si dicā. ꝓmitto tibi ꝙ inficiā talē. pactū
turpe ē pactū turpiter siue turpi ꝯditiōe de
re licita factū. vt ꝓmitto tibi decē solidos
